nos habebat cum genuit abram. Si enim in illa e
tate genuit abram. tunc post mortem patris erat
abram centum .xxxv. annorum. Augustinus tamen dicit.
per recapitulationem hoc esse dictum. adhuc enim uiuen
te patre cum esset thare .cxlv. annorum et abram.
.lxxv. egressus est de aram. reliquens ibi fra
trem et patrem. Et in itinere dum iret in mesopo
tamiam. dicit dominum locutum ei et dixisse. egredere
de terra tua et cetera. non quia iam egressus esset. sed
quia animum reuertendi habuit ad eam. quasi dicat. qui
egressus es corpore. egredere mente. Jeronimus dicit uanam
esse traditionem hebreorum. qui et annos thare.
.lxx. ponunt cum genuit abram. et mortuo
patre. egressum abram de aram dicunt. et plurium
eum esse annorum tunc quam moyses dicat. sed annos
eius computatos ab illo tempore quo dicunt euasit auxilio
ignem caldeorum. ut illud reputaretur tempus etatis.
ex quo confessus est dominum spernens ydola calde
orum. Et dicit iosephus. quod iam recidebat uita hominum
paulatim declinans. usque ad moysen. in quo
terminum uite quem statuit dominus confirmauit.
.c. enim et .xx. annorum moyses mortuus est.

Tulit **De aduentu habre in ter**
ergo abram sarai et **ram chanaan.**
loth et animas quas fecerat in aram .i. animalia que
sibi ibi acquisierat. et intrauit terram canaan et
uenit ad sichem. que corrupte sichar sepe legitur.
et ad ualle illustrem que pentapolis tunc dicebatur.
a .v. urbibus sodomorum. que nunc mare sal. uel
mortuum dicitur. quia nil in eo uiuit. et nil in eo im
mergi potest animam habens. uel lacus asphalti .i. bitu
minis quod dicitur iudaicum. uel uallis salinarum. Ap
paruitque dominus et dixit ei. Semini tuo dabo terram
hanc. Et edificauit ibi altare domino qui apparuit
ei. Inde iosephus de eo sic ait. Primum presumpsit
pronunciare deum creatorem unum esse cunctorum et
opiniones quas ceteri de eo habebant innouare et im
mutare preualuit. hoc autem coniciebat per tre
passiones et maris. et ea que contingunt circa

solem et lunam. et ex omnibus que circa celum semper con
ueniunt. De eodem meminit berosus dicens. post
diluuium decima generatione fuit apud chaldeos
uir in celestibus rebus expertus. Inde transgrediens
abram tetendit tabernaculum inter bethel et haym.
et ibi edificauit item altare domino. Et perrexit
abram ultra progrediens ad meridiem. Quo uenerit
subticet moyses. Uerumtamen certum uel quasi notum. Habita
uit autem in damasco. unde et nomen eius usque nunc
in ciuitate damascena habetur in gloria. et uicus
ibi ostenditur. qui ab eo dicitur habitatio abram. Unde
nicolaus damascenus. Habraam regnauit
in damasco. ueniens aduena cum exercitu de terra
que super babilonem dicitur ut chaldeorum ut. **De des**

Facta **censu Abre in egyptum et reditu eius**
est autem fames magna in terra chana **de.** IIII
an. Et descendit in egyptum. timensque libidinem
egyptiorum. ne eum propter speciem mulieris occiderent. so
rorem suam dixit eam esse. et sublata est mulier
ualde pulchra in domum pharaonis. abram uero bene
usi sunt egyptii propter eam. Deus uero desiderium re
gis impediuit ne tangeret eam. egritudine et tu
multu causarum. Cumque pro salute regis sacrifica
rent sacerdotes. per iram dei hoc accidisse significa
uerunt. eo quod uxori peregrini iniuriam inferre
uoluisset. Uocauitque pharao abraham et dixit
ei. cur non indicasti quod uxor tua esset. Ecce
coniux tua. accipe eam et uade. Et precepit
rex uiris ut deducerent eum. Erat enim di
ues ualde in auro et argento in seruis et an xiij
cillis et iumentis. Arismeticam sane et que
de astrologia sunt egyptiis tradidit. antea eis igno
ta. a quibus postea uenerunt ad grecos. Reuersusque
est abram usque ad locum ubi fixerat tabernaculum
inter bethel et hay. pertransitque terram cum loth
dum pastores eorum inter se rixarentur pro pascuis.
optionem et concessit loth. Et eleuans oculos
loth uidit regionem iordanis conspicatam sibi. et
moratus est in oppidis sodomorum. Abram uero
descendit ad conuallem mambre iuxta hebron.
et habitauit ibi. fecitque ibi altare domino. Ebron
ciuitas est que cariatarbe dicitur .i. ciuitas .iiii.
arbe enim .iiii. cariath ciuitas. ibi enim sepulti sunt

Hic est mare
... sua
ibi pentapolis
fertur. ... rum
... ibi
perierunt

ad quam sepulti sunt maiores: Abraham, Ysaac, Iacob cum uxoribus suis. Mambre vero et Aner et Escol fratres erant et confederati sunt Habrae. A primogenito eorum vallis cognata erat. Habitavit enim ibi Habram circa quercum vel terebinthum cuius radices apparent ad hoc. Quam Iosephus nomine Ogigen vocavit dicens: Habitavit Abram circa illicem que vocatur Ogigi. Et promisit ei Deus quod omnem terram circumstantem per quatuor partes orbis daret ei et semini eius.

Arbor illa secundum Ieronimum usque ad tempus Theodosii imperatoris duravit. Et ex illa hoc fuisse perhibetur que modo est. Que licet sit arida, non minus medicinalis est. De qua qui secum habet, iumentum eius non infunditur (vel tibi).

XIIII De victoria Abrae et occursu Melchisedech.

Factum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, id est Babilonis etc. Iam tunc processerat libido dominandi, quia quot civitates regulum habebant. Quorum plurimi alicui maiori regi serviebant. Tandem omnes subditi erant monarcho Assiriorum. Sane quinque civitates Sodomorum, Sodoma et Gomorra, Adama, Seboys, Bala, que et Segor, quinque reges habebant. Has subiugaverat sibi Codorlaomor rex Elamitarum et tributarias sibi fecerat. Duodecim annis servierant ei in tributo. Tredecimo noluerunt sibi dare. Porro quartodecimo anno Codorlaomor assumens secum tres reges Babilonis et Ponti et gentium collecto exercitu convenerunt in valle silvestri, in qua erant putei bituminis. Que post iram Dei per penam versa est in mare mortuum, et circumiacentia loca depressa sunt. Et egressi sunt quinque reges ut pugnarent adversus quatuor, qui terga verterunt, et ceciderunt plurimi. Et qui remanserunt fugerunt ad montes. Tulerunt autem victores omnem substantiam eorum et captivos duxerunt, tam viros quam Loth et substantiam eius. Et ecce unus qui evaserat nuntiavit hoc Abraam Hebreo vel transfluviali, quia de transeufraten venerat. Qui numeravit expeditos vernaculos suos CCC et XVIII et tres predictos fratres Mambre, Aner et Escol, et persecutus est eos usque Dan, qui est unus de fontibus Iordanis, et ab eo oppidum Dan dictum est, quod nunc Paneas dicitur. Alter enim Ior dicitur. Quibus in unum federatis Iordanis dicitur. Et irruit super eos nocte divisis sociis in tres turmas, dormientes trucidavit. Vigilantes propter ebrietatem pugnare non valentes effugiunt. Et persecutus est eos usque Hoba, que est ad levam Damasci. Et reduxit Loth, mulieres quoque et populum, et omnem substantiam eorum. Occurrit autem eis rex Sodomorum ad locum qui dicitur vallis regia, in via Solime civitatis vel Salem, que post Ierosolima dicta est. At vero Melchisedech rex Salem obtulit ei panem et vinum, quod quidam exponens Iosephus ait: ministravit exercitui exenia et multam habundantiam rerum optimarum similiter exhibuit. Et super epulas benedixit Deum qui Abrae subdiderat inimicos. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Cui Abraam decimas dedit de omnibus spoliis. Et tunc primum decime leguntur date. Primicie vero ab Abel. Et ait ad eum rex Sodomorum: Da mihi animas, cetera tibi tolle. Et noluit Abraam minimum quid tollere, exceptis que comederunt iuvenes et partibus trium fratrum qui venerant cum eo. Hunc Melchisedech aiunt Hebrei fuisse Sem filium Noe, et vixisse usque ad Ysaac. Et omnes primogenitos a Noe usque ad Aaron sacerdotes fuisse, qui in conviviis et oblationibus populo benedicebant. Et habebant primogenita de quibus post explicabitur.

Iosephus in fine libri sui ait: Potentissimus Chananeorum, qui lingua patria iustus rex appellatus est, primus Deo sacerdotium exhibuit, et fanum edificavit, et urbem quam Ierosolimam dixit, ante Solima vocaretur. Chananeis post expulsis, primum Iudeorum in ea Iebusei regnum.

De ortu iubilei.

Ab hac victoria tradunt iubileum initium sumpsisse pro hac remissione captivorum. Iobal enim remissio dicitur, vel initium. Unde iubileus remissivus vel incipiens. Ob hoc autem institutus est quinquagesimus, quia tunc erat Loth, ut dicunt quidam, L annorum. Vel tunc erat L annus ex quo locutus erat Dominus Habrae in via. Vel ex quo egressus erat de Aram. Vel Abraam peritus astrorum, in quibus est secundum quosdam Zoroastrem, id est magice artis inventorem, instituit. Noverat quoque quod aeris temperies que fiat ex elevatis vel depressis planetis sep

Usque ad .l. annos ad templi redeunt. et quod
uidit fi in astris noluit imitari in tris. De
XV His sacrificio abre post promissionem
tm sactis. locutus est dns hedis.
ad abram. Protector tuus sum. et merces tua mag
na nimis. Et dixit abram quid dabis mihi? Ego ua
dam absque liberis. et damascus filius eliezer
procuratoris mei erit heres meus. Q. d. Quid mihi
de promissione terre. cum desit heres. Abhis damas
co autem damascum conditam et nominatam. et
ibi eum regnasse. et dixit dns ad eum. Non erit
hic heres tuus. sed qui egredietur de utero tuo.
Credidit habram deo. et reputatum est ei ad iusti
ciam. Et quia in spatium promittebatur. quesiuit
habram signum unde sciret sibi hoc fieri. non ex diffiden
tia. sed modum querendo. et hinc maxime mos in
oleuit iudeis signa querere. Et ait deus. Su
me mihi in testimonium uaccam et capram et arietem
quemque trima. et turturem et columbam. Q. d. immolabis
mihi hoc. et ostendam tibi signum. Qui tollens hec animalia.
diuisit per medium. et partes contra se altrinsecus
posuit. aues autem non diuisit. Et dum expectaret
preceptum dni de modo immolandi. descendunt uo
lucres super cadauera. et abigebat eas habram.
Cumque sol occubuisset. sopor irruit super habram
et horror magnus qui fuit pro signo. et dictum est
ad eum. Scito prenoscens. quod peregrinum futurum sit
semen tuum in terra non sua. et subicient eos et erunt
nei seruituti et affligent .cccc. annis. tu autem
ibis in pace ad patres tuos. generatione autem quarta.
reuertentur. Q. d. ne expectes te in regnum in ter
ra hac. sed semen tuum post te. Te enim prius mor
tuo. post .cccc. annos implebitur promissio mea
nec est intelligendum. quod tot annis fuerint in e
gipto. sed hic numerus in illa afflictione completus est
qui fuit ysidoro ab illo tempore computatur. quo
ista habere promittuntur. Aug. ab ysaac nato com
putat. quia dictum est semen tuum. et ab anno nati
uitatis ysaac. usque ad annum egressionis de egypto
numerat .cccc.v. annos. sed scriptura subticet .v.
et legit litteram sic. Semen tuum peregrinum erit .cccc.
annis. Siue enim in terra canaam. siue in egipto.
peregrinum fuit donec haberet hereditatem ex promissione
dei. Ius autem impositum. subicient eos et affligent
non refertur ad annos quadringentos quod alibi dictum est
eos in quarta generatione redituros. secundum tribum
sacerdotalem intelligendum est. Leui enim genuit chath.
caht genuit amram. Qui genuit aaron.
qui eleazar. qui cum aaron egressus est. sic dicas
.iiii. generationes personas. sed successiones. ut
tot generationes. quotiens ibi legitur genuit. quod
alia littera habet .v. generatione. secundum tribum regiam
est. Iudas enim genuit phares. qui genuit esron.
Qui genuit aram. Qui genuit aminadab. Qui genuit
naason. Qui cum patre egressus est et facta est
caligo et apparuit ignis quasi clibani transiens
inter diuisiones illas et consumens eas. Fecit
signum et terminos terre diffiniuit ei dns. a riuo
Corrula fluminis egypti. usque ad eufraten
et populos eius nominauit. De fuga agar.
Bitur sa et ortu hysmahelis. XVI
Sarai non habebat liberos. et dixit habram. In
gredere ad ancillam meam agar. si forte
ex illa suscipiam filios. Et ingressus est ad
eam. Que cum concepisset. despexit dnam su
am. et habram dissimulabat. et ait sarai. Inique
agis contra me. Iudicet deus inter me et te.
Cui ait abram. Ecce ancilla tua. in manu
tua. utere ea ut libet. affligente eam sa
rai. illa iniit fugam. uolens redire in pa
triam suam. quia egyptia erat. et inuenit eam
angelus dni. dum sitiret et uiam ignoraret
solivagam. iuxta puteum qui est in uia in de
serto sur. Qui dixit ad eam. Unde uenis. aut
quo uadis? Et illa. A facie dne mee sarai
ego fugio. Cui angelus. Reuertere ad dnam
tuam et humiliare sub ea. Et rursum. Concepisti
et paries filium. et uocabis nomen eius hysmael.
Hic primo legitur nomen predictum a dno. quod per
rarium est. Manus eius contra omnes. et ma
nus omnium contra eum. et e regione fratrum suorum
figet tentoria. quod tamen de ipso non legitur sed de filio
eius cedar. tamen de gente ipsius hoc predictum est.
quia sarraceni uagi sedibus incertis. gentes
quibus desertum late uingitur impugnant
et ab omnibus impugnantur. Hoc autem precipue

futuru erat secundum methodium qui .iiii. principes
de gente hysmael. quos et filios uinee uocat.
forte pro uesania tamquam ebrios. scilicet oreb et zeb
et zebee et salmana. egressi sunt de solitudine
contra filios israel. qui uicti per gedeonem retrusi
sunt in solitudinem de qua prodierant. Quod non
legitur in genesi. hic erat ferus homo. hebreus
habet phara. quod sonat onager. propter hoc ut dicit me
thodius. deum est onagri et capree. Et euntes
a deserto. omnem bestiarum supergredient rabiem
et mansuetorum nullus contenetur ab eis. Dictum
enim de filiis ysmahel. futurum est ut exeant adhuc
semel. et obtinebunt orbem terre per .viii. ebdomadas.
annorum. et uocabitur iter eorum uia angustie.
quia patrem eorum ysmahel uocauit dominus onagrum.
in sanctis locis interficient sacerdotes ibidem cum
mulieribus dormient. ad sepulchra sanctorum religa
bunt iumenta. et hoc pro nequitia christianorum qui
tunc erunt. De quibus dicitur. In nouissimis die
bus erunt homines sese amantes et cetera. et tunc im
plebitur quod dictum est per ezechielem. Fili hominis
uoca bestias agri et exhortare illas. dicens.
Congregamini et uenite. eo quod sacrificium mag
num immolo uobis. Manducate carnes for
tium et bibite sanguinem excelsorum. Cumque loqueretur
dominus cum agar. pertransisset in turbine. et ipsa
uidit posteriora eius. et ait. Vidi posteriora ui
dentis me. quia uiderat eam deus. et qui reddiderat ui
tam sitienti. ostendendo puteum. Adhuc pu

et appellauit puteum uiuentis et
uidentis me

teus agar ostenditur inter cades et barath. Que
cum redisset. peperit filium. et uocauit nomen eius
ysmahelem. Abram autem erat .lxxvi. annorum.

XVII

cum natus est ysmahel. De pacto circumcisio
Postquam unde nis et mutatione nomi
centum annorum esse abre et saray.
cepat. apparuit illi dominus dicens. Multiplica
bo semen tuum. et tu custodies pactum meum. hoc est.
circumcidetur ex uobis et cetera. Sed antequam pactum ex
ponat. nomen ei mutat. Dicebatur enim abram
ex aba et ram. quasi abram. idest pater excelsus. et ad
dita est .a. littera. et dictus est abraham. quod sonat
pater multarum et subauditur gentium. Hebrei tamen
dicunt. quod de nomine suo tetragramaton. e. litteram
addidit deus habrahe. que tamen sonat .a. per ydioma
enim eorum est scribere .a. et sonare .e. et econuerso. R
autem super addita est. causa euphonie. Et quia tempore
circumcisionis mutatum est nomen ei. cum circumci
dunt imponunt hebrei nomina. Volens itaque deus
quodam caractere populum suum ab aliis discer
nere. indixit eis circumcisionem sic. Circumcidetur
ex uobis omne masculinum. et circumcidetis carnem
preputii uestri. Infans .viii. dierum circumcidetur
tam uernaculus quam empticius. cuius caro circumcisa
non fuerit peribit anima illa de populo suo. Quo cultello
fieret. non est preceptum. Quidam autem fiebat lapideo. pre
dicentes. Notandum quod siluus primo dictus est. a silua
do. victores enim uictos hostes quos ad uitam
seruabant. siluos dixerunt. Legitur in uita
Vna uero uel uernula. aut uer clementis quod habuit
naculus qui nutritus est domi. ham alium huius
Empticius qui in propria persona filium. de agar.
emptus est. originarius. qui qui dictus est elies
seruus glebe. scilicet colonus. dros. a quo pro
Dixit quoque dominus ad abraham duxerunt originem.
Non ultra uocabis uxorem tuam saray. sed saram.
Qui dicunt mutationem nominis sare sic fractam. Quia
cum prius per duo .r. scribetur. modo per unam .r. uel
econuerso. errant. Sed cum dicetur sarai. idest princeps
mea. quasi unius gentis dicta est sara. idest princeps ab
solute. quasi omnium gentium princeps futura. Et attende.
quod quantum uidetur ad nos una littera subtracta et nulla
addita est. Sed apud hebreos additur .a. et perscribitur
per .e. Quidam quia sarath hebraice lepram sonat.
errauerunt putantes eam primo lepram uocari. Et
ait dominus. ex illa dabo tibi filium. et uocabis nomen
eius ysaac. Cecidit abraham in faciem. et risit
pre gaudio dicens applaudendo. putas num
centenario nascetur filius. et sara nonage
naria pariet. Et ait dominus. Sara pariet tibi
filium. et uocabis nomen eius ysaac. quod interpretatur
risus. a risu. scilicet patris. Ecce secundo a domino prius
nomen nascituri. adhuc de duobus legitur hoc in
ueteri testamento. de sampsone et iosia. In nouo de duobus
tantum. ihesu et iohanne. et multiplicationem ysmael.
promisit ei dominus. Et cum finitus esset sermo domini.
circumcidit se abraham. et ysmaelem et fami

liã suã omnẽ sexus masculini. Abram tunc erat
nonaginta .ix. annorum. et ysmahel .xiii. De
XVIII Apparuit tribus angelis susceptis ab
dominus abrahe in conualle abraham.
mambre. Cumque eleuasset oculos: uidit tres uiros
et occurrens unum ex eis adorauit. Dicit josephus.
tres angelos in specie humana missos. ut unus nunti
aret abrahe de filio suo. duo subuerterent sodomam.
Eusebius uero ait. primo omnium prophetarum abrahe uer
bum dei. cum in figura apparuisset humana et uo
cationem gentium polliceretur. et sic apparuit ei filius.
quem et adorauit. Sed quia nusquam legitur patrem appa
ruisse in substantia creature dicunt
quod duo angeli apparuerunt in
designationem duorum preconum
moysi et helie. quorum alter pri
mum preuenit aduentum. alter
preueniet secundum. quos et roga
uit abraham. ut diuiter adeunt
et paulisper commorantes confortarent. Qui cum
sensisset. festinans abraham precepit sare ut de
tribus satis simile faceret panes subcinericios. ipse
tulit uitulum de armento optimum. tulitque bu
tyrum et lac. et uitulum assatum. et posuit coram
eis. Verisimile est quod prius homines credidit. quibus
exenia parauit. postea angelos dei esse comprobauit.
De cibo quem sumpserunt potest dici. quod in masti
cando exinanitus sit sicut aqua calore ignis.
abraham stabat iuxta eos. Sara uero erat post
hostium tabernaculi. et dixit angelus. Reuertens ue
niam ad te tempore isto. id est eodem die reuoluto anno.
et habebit sara filium. Quo audito. risit sara. E
rant enim ambo senes. et desierant sare fieri mu
liebria. id est menstrua. quibus deficientibus. deficit uis
pariendi. Si alter iuuenis esset. non erat impossibi
le ex sene et iuuene prolem fieri. sed ambo erant
prouecte etatis. ad huc et ipsa sterilis erat. Risit
ergo quia dubitauit dicens. Postquam senui et dominus
meus uetulus est: uoluptati operam dabo? Dixitque
dominus ad abraam. Quare risit sara? Numquid deo
quicquam est difficile. Negauit sara se risisse
perterrita. Ecce qua intentione quisque risit
diiudicare potuit qui corda nouit.

Antropomorphite
sunt heretici de iudeis
qui dicunt deum pa
trem habere corpus
hominis. cuius superi
orem partem dicunt
esse in celis. pedes
uero in terra.

Tunc De duobus descendentibus
surrexerunt uiri in sodomam.
direxerunt oculos contra sodomam. et abraham
gradiebatur simul. Et dixit dominus. Non potero cela
re abrahe que gesturus sum. et ait ad illum.
Clamor sodomorum multiplicatus est peccatum cum
clamore est culpa cum libertate cum scilicet quis passim
et ad libitum peccat. peccatum illorum fuit super
bia uite. et habundantia panis propter quam usque
ad inquinabilem libidinem proruperunt et addi
dit. Descendam et uidebo utrum clamorem qui ue
nit ad me. opere compleuerint. Qui omnia nouit.
hoc in exemplum nobis reliquit. quasi diceret. Mala ho
minum non ante credite. quam probetis. Inde est
quod iudex sibi soli crimen notum punire non
potest. Vnum et idem est. Nemo te condempnauit mulier
nec ego te condempnabo. Abraham uero me
mor loth fratris sui. appropinquans ad dominum ait.
Numquid perdes iustum cum impio. Non est hoc tuum
qui iudicas omnem terram. Si fuerint .l. iusti in
nomine perdes propter propter eos. Et ait dominus. Dimittam
omnia propter propter eos. Et abraham qui paulatim descendens
ait. Si fuerint .xlv. Item si .xl. Quid si .xxx.
Quid si .xx. Quid si .x. Et ait dominus. Non de
lebo eos propter .x. Abiitque dominus. id est non apparuit postea
quam cessauit loqui ei et ille reuersus est in locum
suum. Veneruntque illi duo angeli qui fuerant cum
domino. uel alii secundum quosdam. sodomam uespere. se
dente loth in foribus ciuitatis. et expectante a
liquem hospitis aduentum. Qui occurrens eis ad
orauit petens ut declinarent in domum suam.
Qui renitentes compulit opido. Ingressisque illis.
fecit conuiuium. coxit azima. et comederunt.
Tunc uiri ciuitatis a puero usque ad senem valla
uerunt domum et dixerunt loth. Educ uiros illos
huc. ut cognoscamus eos. Qui ait. Habeo duas fi
lias. que nondum cognouerunt uirum. abutimini
eis ut libet et uestri his nichil mali faciatis. quia
ingressi sunt sub umbra culminis mei. Mos
enim sacrum erat. ab omni iniuria hospites
suos defensare. Quod autem ait dixit. perturbatio
animi fuit. non consilium. Consilium namque est. ut
faciat quis leuius. ne ipse committat grauius.

XIX

neque ullam materiam sustinet nisi que bitumine illustrata de cavis vena in profundum mergitur. Sig.

Nullo autem modo debet quis levius facere mortale, ne alius committat gravius. At illi noluerunt. et vim faciebant vehementissime loth. et ecce angeli introduxerunt loth, et clauserunt hostium. Illos vero percusserunt cecitate. non privatione visus, sed acrisia. quam latine avidentiam dicere possemus. que facit non videri non omnia. sed que non est opus. qua percussi sunt qui heliseum querebant. cum esset cum eis. et discipuli domini euntes in emaus. forte hoc minus conterimus, quod in manu tenemus. et dixerunt angeli ad loth. Omnes tuos educ de urbe hac. delebimus enim locum istum. et egressus loth ad generos suos, ait eis. Surgite et egredimini. quia delebit dominus civitatem istam. Non est credendum ut ait iosephus. hiis qui dicunt alias filias a predictis virginibus loth habuisse habentes viros. que cum viris submerse sunt. Sed generos vocat. futuros generos. Unde hebreica veritas habet. egressus loth ad sponsos. qui noluerunt egredi. consuetudine verborum habere loth esse dicentes.

De subversione sodomorum.

Mane dissimulante loth exire, apprehensum eum cum uxore sua et filiabus. Statuerunt angeli extra civitatem eos dicentes. Ne respicias retro. sed in monte salvum te fac. Cum ex perturbatione nondum domino pleno credens ait. Non possum in monte salvari. ne forte apprehendat me malum et moriar. Forte senex montium frigora et laborem vie perhorrebat. sed hec est civitas parva. ad quam fugere sufficio. ut salvetur in ea. et ait dominus. Non subvertam urbem pro qua locutus es. et ideo quia dixit parva, vocatum est nomen urbis segor. id est parva. Tradunt hebrei hanc urbem primo dictam bala. et post salisam. et in ysaia vitulam consternantem. quia tertio terremotu absorta sit post subversionem .iiii. aliarum civitatum. Quamdiu ergo fuit loth in ea. pepercit ei dominus. Sed ut dicit iosephus. loth timens consuetum ei terremotum, egressus mansit in monte. Egresso itaque loth de sodomis. pluit dominus super civitates illas. sulphurem et ignem. Pluit

modo dicitur civitas palme

dominus a se ipso existens in terra a se existente in celo iudicans ab imperante. Pluit autem hoc. ut terra in eternum aresceret. sine spe iterum germinandi. Et ita gravius puniunt istos quam primos peccatores diluvio. licet enim illi mensuram delicti excederent. tamen quia naturaliter peccabant. et universos subvertit. et parvulos pro peccatis parentum. in quo provisum est illis. ne diu viventes sequerentur exempla patrum. et est aliquod bonum rerum non esse qui gloriosus non est. Potest enim pauperem non esse. qui rex non esse potest. Et respiciens uxor loth. versa est in statuam salis. Quam iosephus dicit se vidisse. et hactenus manere. Versa est ergo regio in lacum et salsum et silem. qui dicitur mare mortuum. Quia nec aves. nec pisces in eo vivunt ut in aliis. Naute non patitur quin tota forte supnatet. nec bituminatum in mersis ipsis homines vix viventes si quid vivum aliqua arte immissis super exilit licet a tendens super enatat. extincta vigint. et multis locis nigras glebas bituminis vomit. et ideo lacus alphaltum vel alphaltites dicitur. Dicitur et quod poma nata in arboribus circumpositis. usque ad maturitatem coloris sunt viridis. Matura si dividas, favillas intus invenies. Unde ut iosephus ait. fabula terre si domine habet fidem. Dicitur et vallis salinarum forte ibi fit sal vel lapides salis circa inveniuntur.

Dicit iosephus quod nimia eius levitate gravissima in eum iacta resiliunt. Unde vespasianus quosdam vinctis post tergum manibus, iussit in lacum proici. omnes tamquam vi spiritus sursum repulsi fluitabant. Lacus hic iudeam dividit et arabiam. que olim fuit illa solitudo invia et inaquosa. in qua .xl. annis fuerunt filii israhel.

De incestu Loth. xxv.

Loth autem egressus de segor, mansit in monte in spelunca. et due filie eius cum eo. Didicerant autem filie loth consummationem mundi futuram per ignem. et suspicate sunt tale aliquid fieri, quale in diebus noe. scilicet ad reparandum genus humanum se servatas esse. superstites cum patre. Ideo consilium inierunt. et patris mesticiam vino mollientes. singule licet virgines singulis noctibus

suscepit ab ignorante patre. conceptum non reperi-
erunt. hoc tamen desuper appingunt hebrei quasi in-
credibile. quia natura rerum non patitur coire
quempiam nescientem. Vel dicit nescisse filiam
putans fuisse uxorem suam. Vel quia impossi-
bile. in defloratione fieri conceptum. Ob hoc an-
tichristus dicet se filium virginis. peperitque ma-
ior filia filium. et vocavit eum moab. patrem
moabitarum. Minor peperit filium. et vocavit
eum amon. patrem amonitarum. Moab pre-
sens hoc nomine mater publicavit incestum patris. Am-
mon filius populi mei. hoc aliquantulum texit cri-
men patris quia filius est cuiusdam populi mei. vel de
populo meo. Dicit iosephus filias posse excusari.
quia crediderunt genus humanum defecisse. et pi-
etas posteritatis impietatem incestus excusavit.
Sed hoc patrem non excusat. Sed infidelitatis eius
fuit causa incestus. vel de eodem ait strabus. Loth
inexcusabilis est primum quia angelo non credidit
se posse salvari in segor. Deinde
quia inebriatus est. et fuit pec-
catum causa peccati.

Sedecimo mi-
liario ab
ebron. sepulcra loth.

XV

Profectus **De progressione abraham**
est abraham **apud abimelech regem ge-**
de valle mambre in terram **rare.**
australem. et peregrinatus est in gerariis inter
cades. unde fluxerunt aque contradictionis. et sur.
loco sororis habens saram. filia prioribus simulans
pre timore. Misit autem abimelech rex gerare et
tulit eam. in qua vis forme illi miranda
notatur. Que nonagenaria adhuc amari
poterat. Sed in egritudinem cecidit rex dei volun-
tate. nec eam tangeret. ut ait iosephus. In
fine tamen huius capituli. alia pena notatur
hoc scilicet quod deus concluserat omnem vulvam domus
abymelech propter saram. ne quid scilicet femi-
ninum in domo eius intimi conciperet. Me-
dicis autem desperantibus soporatus audivit a
domino hoc sibi propter uxorem peregrini inferri. et
precepit ei ut redderet viro uxorem. quia propheta
erat. et ille oraret pro eo. et viveret. Statim
surgens vocavit servos suos. vocavit
abraham. et dixit ei. Quid fecisti nobis?
quid vidisti ut hoc faceres? et ait abraham. Co-
gitavi ne forte timor dei esset in hoc loco. et inter-
ficerent me propter uxorem meam. Alias autem et vere soror
mea est filia patris. Hic distingue scilicet pa-
tris. Sequitur mei. id est qui est meus subaudi frater
vel filia patris mei. et non matris mee. quod est
neptis mea est et cognata ex parte fratris mei.
et non ex parte sororis. Unde alia translatio. Soror
mea est a patre et non a matre. Sic enim dicebant
cognatos fratres. sic et cognatas sorores. Fratrem
suum non aram. patrem suum vocavit. quia seni-
or eo fuerat secundum usum loquendi. quo maiores
natu patres vocamus. minores filios. Et quia
dignior et maior affectio solet esse propinquiorum
secundum viros. quam secundum mulieres. propinquam suam
puerum. digniori nomine vocavit sororem. scilicet
potius quam neptem. vel finxit eam filiam patris
esse. nec tamen mentitus est sic. nec dominus cum finxit
se longius abire. presertim cum domino iubente
creditur hoc dixisse. et ita celavit — fuit
uxor domini. ut helyseus celavit se non cognos-
centibus. Quidam dicunt tamen. thare mortua matre
abrahe. et mortuo aram. duxisse uxorem filii
et genuisse saram. unde et hic dicitur filia thare
secundum carnem. et supra filia aram secundum suscita-
tionem seminis. quia solum masculum reliquer-
at. Oravit autem habraham pro eo et sanatus est. et
uxor eius et ancille eius pepererunt. et dedit aby-
melech abrahe munera. et terram ad habitandum
ad optionem suam. Sare autem dixit. Ecce autem de-
di fratri tuo pro te mille argenteos. hoc erit tibi
in velamen oculorum coram omnibus qui tecum sunt.
id est in memoriam verecundie. quia in mendacio depre-
hensa es. unde subdit exponendo et per id quocumque
perrexis memento te deprehensam. vel elegans
est irrisio. Hec erit in velamen oculorum. id est in pre-
parationem funeris. Quasi diceret. Anus es et vicina funeri
et mentita es. tamen et decepisti me. habe ergo
hoc in expensas funeris. quia magnis expensis fieri
solebat. maxime in iudeis. vel ad pepla emen-
da. ut tegas faciem. ne ameris. **De ortu**
Visitavit **ysaac et eiectione agar cum filio.**
dominus saram. et concepit et peperit

XVI

Thare mater abrahe

filiū. et circūcidit abraha eum. viij. die.
Ex h̄ ꝑt totidem dies. iudei circūcidunt.
arabes uo ꝑt. xiij. annos. qr eo tpr̄e hys
mahel gentis illius auctor circumcisus
fuit. et uocauit eū ysaac. i. risum. qr ri
sum fecat dn̄s parentibz eius. i. gaudiū in
opinatū. Creuit puer. et tempus ablactat9
ē. et fecit pat̄ grande conuiuium in die illa.
qr ea die filius primo accessit ad mensam prīs.
Cumqz simul luderent ysmahel et ysaac.
maior ledebat minorē. Et intellexit mat̄
in ludo psecutionem. qr. s. prē mortuo. uellet
dn̄ari maior minori. Vl ut hebrei tradunt.
cogebat eū adorare luteas ymagines quas
fecat. Qd cū displicuissz mat̄. dixit ad ab
ham. eice ancillā et filiū ei9. Dure hoc ac
cepit abraham et dissimlabat. Sz dixit ei
dn̄s. Audi uocē sare. Qui tolles panē et utrē
aque. imposuit scapule agar et tradidit ei
puerum. Cumqz consumpta essz aqua in deserto.
et puer deficeret siti. abiecit mat̄ puerum sub
arbore. et sedit procul quantū arcus iacere
pot̄. ne uideret filiū morientē. Et fleuit. Et
exaudiuit dn̄s uocē pueri. i. fletum matris
pro puero et dixit angls mat̄. Surge tolle
puerum. et aperuit oclos eius ds. et uidit pu
teum. deditqz puero bibe. et implens utrē.
abiit. Creuit puer et moratus ē in soli
tudine pharan. et fcūs ē uir sagittarius.
et accepit ei mat̄ uxorē de tra egypti. de qua
nati sunt ei. xii. filij principes tribuū suarum.
quorum appellatione oppida pagi et tribz cele
brant̄. Nabaioth primogenitus. a quo pars
arabie que ē ab eufrate usqz ad mare ru
brū. nabathea dr̄. cedar scds. a quo cedar
que ē in deserto. Duma. vi9. a quo duma
regio. Theman nonus. a quo theman que
ē ad austrū. cethma ultim9. a quo cedema
que ē ad orientē. De puteo iuramenti.

Eo tempe uidens abymelech
abraham multiplicatū. timuit eū
et uenit ad eum cū phicol principe exercitus
sui. et ait. Iura m̄ ne noceas m̄ et posteris

meis. sz semp facies m̄ iuxta mīam quā feci
t̄. et dixit eum abraha ad puteū quē osten
dat ds agar quē fodat abraha ante agar
eiectam. Sz serui abymelech abstulant uim
abrahe. et fecat eum abraā in solitudine.
pegrinbz ad aqndis. qui longe a mansione ei9
in solitudine pascebant̄. et restituit ei aby
melech puteū. sz in testimoniū qd ipe fode
rat puteū. et ablatū restituit ei abymelech ab
hā ded regi. vij. agnas. et dixit puteum ber
sabee. i. puteus. vij. Sabee eī hebraice. vij.
sonat. et ibidē pcusserunt ambo fedus. Vn̄ ē
bersabee dictum putant. i. puteū iuram
ti. Sabee eī hebraice iuramtū dr̄. Joseph9
tū in tp̄e bersabee fedus putei. a puteo u
circumstans regio et dca ē bersabee. Planta
uitqz abraham circa puteū nem9 et fuit ibi
colon9 multis diebz nō hitator. Dicit eī ste
phan9 in actibz aplorum. qr nō accepit tibi
hereditatem. nec spaciū pedis. De imolatione arietis pro ysaac.

Post h dum habitauit in bersabee. et ysaac ut dicit
ioseph9. xxv. annorum eēt. dixit dn̄s illi. Tolle
filiū tuū unigenitū quē diligis ysaac. et ua
de in tram uisionis. et offer eum m̄ in holo
caustū sup unū montiū quē monstrauo
tibi. Tram uisionis dixit illa ptem iudee. que
ē in montanis. qr et ipa a longe et de ea lon
ge uidi pot̄. que ab ysaia. uallis uisionis
dicit̄. In summitate uo montiū iudee mon
ticul9 erat eminentior. dictus mons mo
ria. quē monstrauit ds abrahe. ad imolan
dū filiū. Iuxta tradunt hebrei templū ꝑt
fcum. et altare in loco in quo et abraham al
tare fecit. et ded augstin repetente gladiū uidit i
area ornam iebusei. Vn̄
dixit ysaias. In nouissimis dieb9
erit mons domi9 dn̄i ipar9 i uertice mon
tium. ad eum fluent oms gentes.

Ds iussa multa he
breorum occidat. quia
dd iniaiat pp dei
9 pcept ei ad
elationē.

De quo et dn̄s pcepit iudeis ne imolarent
sibi in omni loco. nisi in loco quē ostendat eis
ds. Abraham de nocte consurgens. nemini qd

futurus erat iudicans. Stravit asinum ducens
secum duos iuvenes & filium & ivit iter duorum di
erum. tercio die elevatis oculis. vidit locum procul.
Hunc probant illi errasse. qui dixerunt eum tunc
habitasse inter bethel et hay. Locus enim ille non dis
tat a monte moria. per iter unius diei. Et cum ac
cepisset ligna et ignem. relictis infra iuvenibus
cum asino. cum filio solus ascendit. Cui filius.
Ecce inquit ignis et ligna. ubi est victima holo
causti. Cui pater. Deus providebit sibi victimam.
et statuit aram & lignis dispositis. ignem ad
hibuit. Refert autem iosephus. verba patris ad filium
dicentis. Quia sic ex voluntate dei ingressus
fuerat in mundum mirabiliter. ita & ex dei volunta
te necesse erat ei egredi mirabiliter. quem dominus
quidem iudicasset dignum. non egritudine. non bello.
non aliqua passione humana vitam finire. sed
cum orationibus et sacrificiis animam ipsius ad se vo
care. et qui suscitaret eum. ob implendas pro
missiones. et sic ysaac libens accessit ad aram
& mortem. De hoc alcimus dicit. In dubitanti
animo mactare filium volebat. laudandus in
constantia offerendi et in fide suscitandi filii. Ar
repto autem gladio. ut filium immolaret. clama
vit angelus ad eum. Non extendas manum in
puerum. nunc cognovi quod timeas dominum. Non
enim sanguinem pueri sitiebat dominus. Sed ut sciretur
quantum abraham timuit dominum. Et vidit abra
ham post tergum arietem inter vepres herentem cor
nibus. quem obtulit pro filio. Hebreus habet in vir
gultis sabec herentem cornibus. et est sabec genus
virgulti. Hic errat eusebius dicens sabech hyrcum
erectum ad carpendas frondes. Dicunt ergo arietem
sabec. id est quasi hyrcum erectum. & dicit eum rabanus
non novum creatum. sed aliunde ab angelo allatum.
Et vocavit nomen loci dominus videt. et usque hodie
quando in tribulatione dei auxilium in arto positis. In mon
te dominus videbit. Quasi sic respexit ysaac in mon
te. sic videat nos deus in angustia. Diem autem liberati
onis ysaac. dicunt hebrei primam diem septembris.
Unde inea sollempnizant et clangunt cornibus. in
memoriam arietis. et iuravit dominus per semetipsum de
semine multiplicando ex ysaac. & de terra danda
semini eius. Alia die rediit abraham. & reversus
est in bersabee. Nunciatumque est ei. quod melcha genuit
nachor fratri suo filios VIII. primogenitus hus.
de cuius stirpe descendit iob. sic scriptum est. Vir
erat in terra hus nomine iob. Et boz fratrem eius.
ex cuius genere balaam. qui secundum hebreos dicitur in
iob helyu buzites. Errant ergo qui dicunt iob de ge
nere esau. Quod enim in fine libri eidem est quod de
syro simone translatus sit. & quod ipse sit quintus
ab esau. In hebreo non dicitur. De concubina vero
roma susceperat nachor filios IIII. De mor

R (XVII)edyt autem te sare. av.

habraham ad convallem mambre. & mor
tua est sara. cum esset. CXXVII. annorum. et
sepulta est in ebron in spelunca duplici. quam
emit abraham. CCCC. siclis argenti. ab e
phron. supplicantibus pro eo ethceis. id est populo terre.
Erat autem spelunca duplex. rupes naturaliter vel
artificialiter duas speluncas habens quas emit
abraham in sepulturam generi suo. In superiori sepe
liebantur viri. in inferiori mulieres. tamen adam &
eva iam ibidem sepulti erant. Non peccavit
abraham emendo. nec ille vendendo. Sicut nec
hodie qui emeret agrum ut faceret cimiterium.
nisi forte quia sepulti erant ibi prothoplausti. Ser
tamen dicit ephron reprehendendum. et ideo nomen eius
mutavit. pro effron effran. De legatione elea

E (XVIII)rat autem zer in mesopotamiam.

senex abraham et dixit ad eliezer procura
torem domus sue. Pone manum tuam sub femore
meo. et iura mihi per dominum celi & terre. quod non accipies
filio meo ysaac uxorem de filiabus gentium inter
quas habito. sed ibis ad cognationem meam. et
inde accipies ei uxorem. Si tamen ex illis noluerit
aliqua sequi te. non tenebis iuramento. Iura
vitque servus ponens manum sub femore eius.
Tradunt hebrei. quod in sanctificatione eius. id est in cir
cumcisione iuravit. Sed quia dicit sub femore. dominus
enim iurasse in semine abrahe. id est in christo quem
ex semine ex se nasciturum sciebat. Unde & dixit.
Iura mihi per dominum celi & terre & cetera. Qui autem sub fe
more manum poni voluit. innuit carnem
christi super omnes futuram. Tulit ergo eliezer decem

camelos & abiit ex omnibus bonis dni sui. por
tans secum maxime que rara nouit ee int
ra ad quam ibat. Pertransitque mesopothamiam ad
charam urbem nachor. Quidem misto tpre & la
bore. ut dicit iosephus. quia in hyeme in mesopota
mia est luti profunditas. in estate aque defec
tio. in saltibus latrones. Fecit autem camelos ac
cumbere iuxta puteum ante urbem in portis. no
lens introducere. Cumque uespere egrederentur mulieres
ad hauriendam aquam orauit dnm ut inter
illas inueniretur uxor dni sui. Si aliqua
gentis illius dno suo debebatur. et cognosceretur
ita ut aliis negantibus aquam sibi poscenti. ipsa
preberet. Et ecce rebecca filia batuel descendat
& impleuit ydriam. aliis quidem auertentibus se.
pegno aquam prebuit. & adiecit. Quin & camel
tuis aquam hauriam. et haustam aquam ef
fudit in canalibus. et potum dedit camel. Ille
autem tacite intuens eam. utrum esset ydonea do
mino suo. quesiuit ab ea cuius filia esset. et si esset
ei locus in domo patris ad manendum. Accepto
uero quod esset filia batuel filii nachor & melche
sororis laban. protulit inaures aureas et ar
millas. et dedit ei. Cucurrit puella in do
mum matris. nuntians ei que audierat. Egressus
que laban introduxit uirum in hospitium. & destra
uit camelos. deditque paleas et fenum. et la
uit pedes hospitum. & apposuit eis panem.
Noluit autem helyezer comedere donec loqueretur
sermones. pro quibus uenerat. Cumque dixisset se seruum ab
he ee fratris eorum. et commendasset abraham in multis.
exposuit eis petitiones abrahe. & iuramentum
quod ipse fecerat. et orationem suam a dno ad puteum
exauditam. Responderuntque laban et batuel.
a dno egressus est sermo. sermo .s. abrahe &
oratio tua. Non possumus extra placitum eius
quicquam facere tibi aut loqui. Ecce rebecca coram te
est. tolle eam ut sit uxor dni tui. Sed notandum
quod iosephus dicit batuelem iam defunctum fuis
se. & uirginem in custodia matris & fratris ee. et
de morte patris postulasse puella querenti
ad puteum cuius esset filia. Etiam moyses
huiusque uidetur noluisse eam. nec tunc
huisse presentem. cum super dixit. cucurrit puella in
domum matris. forte nomine patris. uocatur hic mater.
Quia mandatum patris de filia tradenda. quod ei reli
querat decedens. nunc exposuit. Potuit enim fieri
ut eam tradendam genti suo delegasset. Audiens hec
puer abrahe adorauit dnm qui direxerat iter
suum. protulitque uasa aurea & argentea. et
uestes. dans rebecce. matri quoque eius & fratri eius
munera. Surgens autem puer mane. petiit
dimitti. pretendens moram quam fecerat in uia.
& dni senectutem. Cumque rogassent ut saltem
.x. dies maneret apud eos. noluit. & dixerunt
uocemus puellam. & queramus eius uolun
tatem. Quibus sciscitantibus si uellet ire. ait.
uadam. Hic primo legitur consensus mulieris requi
situs. et exinde presumtum ut requi
ratur. et dimiserunt eam. *De aduentu re*
becce ad ysaac. xv.

Eo tpre ysaac habitabat in gerara. & forte de
ambulabat per uiam que ducit ad puteum ui
uentis & uidentis. Egressus enim erat ad me
ditandum in agrum. forte de mora sui. Alia lit
tera habet. ad exercitandum. forte laborans in agro.
uel quippiam operis ad deducendum agens.
Rebecca uero uiso ysaac & cognito quod uir ei
esset. descendit de camelo. & tollens teristrum
id est pallium album. operuit. Dation quod est
& composuit se. Est autem teristrum. estas.
genus arabici uestimenti muliebris. Ysaac uero in
troduxit eam in tabernaculum matris sue. et in
tantum dilexit eam. ut dolorem qui ex morte
matris acciderat. temperaret. *De morte ha*
brahe & sobole suscepta de cethura. XVI.

Abraam
aliam duxit uxorem nomine cetram.
Aiunt hebrei cethuram. nomen ee appellatiuum
quod interpretatur copulatam. Dicunt enim hanc fu
isse agar. que de concubina mortua sara
transiit in coniugem. de nouo copulata in copulatam.
ne senex nouis nuptiis lasciuisse argu
atur. Josephus autem dicit. quod antequam misisset
pro uxore filii. duxerat eam. & hic genuit et li
beros .vi. Iuuenes enim de sene patre post.
et separauit eos abraham dum uiueret ab ysa

ac ad plagam orientalem. et cuncta que possederat, dedit ysaac. aliis vero largitus est munera. Filii tamen cethure a nomine libere se dixerunt sarracenos. Obtinuerunt autem primo traconitidem regionem. et fenicem arabiam usque ad terminos maris. Et refert Iosephus quod ex uno eorum natus est apher. qui castra sua fixit in libia. quam posteri eius inhabitantes. ab illo affricam denominaverunt. Dicit quoque iedeum prophetam qui et malchus dictus est. hystoriam iudeorum scripsisse. sicut et moyses scripsit. quem refert dixisse ab uno filiorum cethure nomine suri. syriam vocatam. Ab illo vero qui dictus est apher. affricam dictam. cui descendenti in lybiam. hercules auxilium tulit et filiam ipsius nomine ethream duxit hercules uxorem. et ex ea genuit dodorum. cuius filius fuit phoron. Fuerunt autem dies abrahe. c. lxxv. anni. et mortuus est. et congregatus ad populum suum in sinu inferni. Et sepelierunt eum ysmahel. et ysaac. in spelunca duplici cum uxore sua. De ortu regnorum. xxv.

Anno. xi. abrahe. mortuus est ninus cuius uxor semiramis ut posset eum regere posthac proprio filio quem susceperat ex nino. nupsit. et ex eo filium genuit. qui et babyloniam ampliavit. ¶ Anno abrahe. lxxv. facta est ei repromissio. Anno eius. lxxviii. natus est ei ysmahel. Anno eius. c. natus est ei ysaac. Anno eius. c. xxxvii. mortua est sara. ¶ Exortum est autem regnum assiriorum anno. xxv. Saruc proavi abrahe sub belo. Et cucurrit usque ad annum. vii. ozie regis iude per annos mille et ccc. et. ii. per reges. xxx. et vii. usque ad sardanapallum qui primus pulvinaria adinvenit postquam translatum est regnum ad medos. ¶ Regnum vero sicioniorum ab anno. xx. iiii. nachor avi abrahe. exortum est sub egialeo. et cucurrit usque ad annum. xvii. hely sacerdotis et iudicis israel. per annos. dccc. lxxi. et per reges. xxx. usque ad. zeuzippum. postquam iudicaverunt sicioniam sacerdotes. xxx. iiii. Sicionia autem est regio que prius apia post peloponensis dicta est. Usque ad abraham vero iam fuerant in egypto. xv. dinastie. Dinastiam suam potestatem egypti dixerunt. A nativitate abrahe. dinastiam. xvi. obtinuerunt thebei. xvii. pastores reges sic vocati. octavam. quintam. diospolitani. qui et pharaones. per reges. xvi.

Dinastia proprie dicitur principatus qui durat apud antiquam provinciam de eligendo imperatore sive alio principatu qui maior est in alia provincia. Verbi gratia. Quondam eligebantur in saxonia imperatores. et duravit ibi. et deinde in franconia diu. deinde in bavaria. et nunc in succula. (vel Suevia) Hee enim sunt principaliores provincie thetecore (i. theutonice) terre. licet multe sint adiacentes. Et sicut in illis dictum est, ita intelligatur in aliis.

Variate autem sunt dinastie. de quibus quorundam regnum ad alia sepe transeuntes. usque ad cambisem filium cyri. sub quo primo perse imperaverunt egypto. De morte hismahelis.

Vixit quoque hysmahel. c. xxx. vii. annos et mortuus est coram cunctis fratribus suis i. filiis suis adhuc viventibus. obiit. Tradunt illum hebrei dissentia mortuum fuisse. Habitavit autem posteritas eius ab evila usque sur. Est vero evila india. ab evila nepote noe sic dicta. Sur autem est solitudo inter cades et barath. extendens desertum usque ad mare rubrum. et egypti confinia. De labore rebecce in partu geminorum. cv.

De ysaac prosequitur hystoria. Ysaac. xl. annorum erat cum duxit rebeccam uxorem. que inventa est sterilis longo tempore. Sciens autem ysaac patri suo factam promissionem seminis multiplicandi per ipsum, oravit dominum. ut quod promiserat impleret. Et concepit mulier. huius geminos in utero. Sed cum vicina esset partui. collidebantur in utero eius parvuli. Lxx. posuerunt. ludebant vel calcitrabant. Aquila. confringebantur. Symmachus in superficie ferebantur in similitudine navis legitimo pondere carentis. Movebantur enim invicem parvuli. ut unus alter pro altero videretur posse prodire ad ortum. non per vilitate uteri matris quasi non geminos capientis. Intelligendum est hoc accidisse ut quibusdam visum est. sed tamen ex voluntate dei

iam demonstrantis in nodum natis. quod futurum erat in adultis. primogenituram scilicet quam alter habuit per naturam cessisse alteri per gratiam. In posteris et eorum futuram dissensionem iam tunc figurabat. Creditur etiam iam tunc in utero sanctificatus fuisse iacob. et in hoc motu prefiguratum. quia non esset consensus christi ad belial. Mater vero graviter afflicta nollet concepisse. et fere desperans est de partu. perrexit ut consuleret dominum. Cum nec locus consulendi dominum. nec modus. nec per quos consuleretur deus adhuc legitur institutum. forte ad montem moria ubi abraham altare domino fecerat iuit. et immolatis hostiis substratis pellibus earum incubans. per sompnium accepit oraculum. Forte more gentium qui videbat in pectinibus spem lauri quam tripodem dicunt capiti supposuit. et ramis arboris que agnus castus dicitur incubuit. ut visiones capitis fantasticas dormiens non sentiret. vel adhuc viventem melchisedech consuluit. Quocumque autem modo fecit. sensum accepit a domino. Due gentes in utero tuo sunt. id est patres duarum gentium. que inter se post dividentur et pugnabunt. Et maior serviet minori. quod de parvulis nequaquam dictum est. cum maior semper prefuit minori. sed de posteris. Idumei enim qui de esau fuerunt erant tributarii david. qui de iacob. nisi forte intelligatur esau servisse iacob dum persecutus est eum. ut lima confert ferro. fornax auro. flagellum grano. Cum ergo duos peperisset. qui prior egressus est rufus erat. et totus in modum pellis hispidus. et dictus est ob hoc seir. Hebrei autem seiron capillatum dicunt. Dictus est autem proprio nomine esau. id est fortis. Primus autem egrediens alter plantam fratris in manu tenebat. quasi retrahere volens fratrem a primogenitura. et ob hoc dictus est iacob. id est supplantator. Sexagenarius erat ysaac. cum nati sunt ei parvuli. Vivebat ergo abraham et adhuc. xv. annis supervixit. Abraham enim preter. c. annos quos vixerat iam nato ysaac. lxxv. annis legitur preavixisse. Itaque sexagenario ysaac restabant adhuc abrahe. xv. anni ad vitam. hoc ideo dixi. quia ioseph sic ait. Porro post morte abrahe. concepit ysaac uxor et cetera. mortem eius forte appellans. qui iam penitus affectu corporis generare desiit. Ipse enim textus littere hoc non esse dictum per recapitulationem indicat. Porro eo anno quo nati sunt gemini ysaac regnum argivorum exortum est. sub inacho patre ysidis primo rege. Duravit autem usque ad annum. xii. delbore barach iudicum israel. duravit autem usque ad ultimum acrisium per reges. xiiii. et annos d. lx. iiii. Perseus vero cum non interfecisset sponte acrisium. tamen timens reliquit argos. et transtulit regnum apud micenas. Sed si legis in hystoriis. regnum hoc processisse ab ynacho usque ad teleum. intellige postos de genere. Iachi usque tunc regnasse. et datum regnum denao. qui non erat de genere regio.

De venditione primogeniture esau.

Porro cum adolevissent filii ysaac. factus est esau vir venator et iacob agricola. et pastor in tabernaculis habitabat. Pater diligebat esau. tum quia primogenitus erat. tum quia de venatione eius libenter vescebatur. Mater vero diligebat iacob tum pro simplicitate. tum pro dei inspiratione. Factum est autem cum coxisset iacob pulmentum lenticule. esau rediit lassus ab agro et ait. Da mihi de coctione hac rufa. quia oppido lassus sum. quasi dicat. esurio. nec pre lassitudine sufficio mihi pulmentum parare. Cui dixit iacob. Vende mihi primogenita tua. Esau parvipendens primogenita se moriturum nisi comederet in instanti putans dedit ei primogenita pro edulio lentis. et iuravit talem venditionem ratam se habiturum. Et quia lenticula fulva est. hebraice autem edom fulvum dicitur. ex tunc vocatus est edom. a quo postea dicta est regio ydumea. Erant autem primogenita quedam dignitates quas habuerunt primogeniti in generationibus suis usque ad aaron. Habebat autem primogenitus vestem specialem qua induebatur tantum in sacrificio offerendo. et recepturus finalem benedictionem a patre. ipse in sollempnitatibus in conviviis benedicebat minoribus. et in hiis duplam ciborum portionem recipiebant. Tradunt etiam quod in divisione hereditatis similiter

in duplum reciperet. De descensu ysaac
Exorta autem fame in gerara.
Et ponebantur super eam .xii. panes
azimi de simila mundi ualde. et po
nebantur seni alterinsecus. Et constabant sin
guli de duabus decimis ephi. quas iosephus duo
assarios uocat. et singulis supponebatur pa
tena aurea. et super patenam pugillus thuris.
Iosephus dicit. phialas aureas suppositas. plenas
thure. In diluculo sabbati recentes et calidi in
ponebantur mense. et erant ibi inmoti usque ad
sabbatum sequens. Tunc illis sublatis. et toto thure
incenso super altare nouum panem cum alio thure substi
tuebant. Sublatos uero. soli sacerdotes comede
bant. Unde sacerdotales dicebantur. Vel et idem. quia
ut ait iosephus. dominus preceperat quod soli sacerdotes pa
nes illos formarent et coquerent. et ponerent in
mensa et tollerent. Ipsi tamen non obseruauerunt hoc.
Dicebantur et panes propositionis. quia positi erant
coram domino. in memoriam sempiternam .xii. tri
buum filiorum israel. Vel propter positi. id est longo tempore
positi. scilicet per totam ebdomadam. uel in eternum. per suc
cessionem ponendi. De uasis libaminum

Precepit quoque dominus parari ex auro puris
simo .iiii. genera uasorum ad offerenda li
bamina. et ab offerentibus sacerdoti. a libando. id est
gustando dicta. et sacerdotibus domino. a libando. id est
fundendo. Et poni ea super mensam. scilicet acetabu
la. phialas. thuribula. cyatos. In his uinum
quod debebat offerri. preuidebatur et pregustabatur
utrum dignum esset offerri. an non. Sed quia et in
colore et in sapore uini dinoscitur. dicitur quia preter uasa aurea
quatuor phiale uitree erant. Unde et aphyalim. quod
grece uitrum dicitur. sic uocabantur. in imo an
guste in superiori parte ample. in quibus color
et sapor poterat agnosci. quas hebrei scutel
las uocant. Cyati uero minores et angustiores
erant et aurei. cum quibus fundebatur uinum super

Cardiaco neque iratum mittas neque amicos

altare p hostie libamento. Inthibul' que et
mortariola dicebant. thus pagnoscebat
et offerebatur sibi et inacetabul' aceti. Sz
qr nunqm aut raro occurit de oblatione aceti.
quida dnt acceptabula .i. s. pendebant a
sacerdotib; que debebant offri. ut sint accepta
.i. ydonea. an no. Postea subdiuidit acceptabula
in tria. in phialas. i quib; uinum. In
thuribla. In quib; th' et simila et granu
et sal. et cyatos. in quib; olm. Sumebat
aut de his sacerdotes que prius offenda erant
porciunclas quas in huiusmoi uasis ponebant
ad pgustandu quasi libando de singul'. que libamina dic' moys. offenda .i.
de offerendis sumenda. **De candelabro.**

Recepit qz dns fi' candelabrum ex auro purissimo. ductile. **xxv.**
tm. Josephus fusile dic. cui hastile basi infixum
erat fferum sup uestitu. calamis aureis .v. geniculatis ad modu canne. Ubi
aut calamor capita tumentia ad modu
ciphi q' cuppa dns. int se iugebant ium
cem tamq duo ciphi. erat i modu nucis.
Et ex fundo cuiuslibet ciphi pcedebant flores recui qsi lilia. et in ipo fundo int ciphum et
lilia erat spula uolubil' sic in capitib; cathedrar subsunt spule uolubiles. Et ita
cum in hastili cent .v. calami in huc mod
coplati. Quatuor ibi iuncture erant. qr
queq; hebat .q. ciphos duos sibi iunctos.
et spulas simil' et lilia. Et hoc e q' mo. dic.
in hastili .iiij. fuisse ciphos i modu nucis.
tn hebreus n dicit ciphos. s; dic ingellatas rotunditates .s. in gello distinctas. Et
h' hastili pcedebant tria brachia. ex latib;
hinc. et tria in frea. quor unuquodq;
sup uestitu erat calamis aureis ad mod
hastil'. Et in iuncturis coibant capita calamor qsi ciphi i modu nucis cu spulis et
liliis. Et qr i unoquoq; tres ciphos moys.
dic fuisse. uidet unuqdq; .iiii. calamos
huisse. Videt tn quib;da spulas no fuisse i fundo ciphor ut dcm e. Sz i media

planicie cuiuslibet calami. spula uolubile suppositam. Sic erat candelabr ex fro. calamis aureis sup inducto ferm si fusile fuit. Si uo ductile. simplr ex auro fuit. et malleis mirabili
artificio in hanc forma pductu. Erat aut
ut dic iosephus. ex .lxx. partib; copositum. in
una base erectu sic. In hastili et brachiis erant
calami .xxx. no integ. s; ex duab; ptib;. i medio ubi ptes iugebantur erat spula supposita ne iunctura uideretur. et putaret calamus
unus. et ita erant calami .xxix. cu totide spul'.
lxx. quinqz ptes in basi .vij. lampad' sedes.
Quocuqz uo modo ferm fuit. in summo .vij. hebat capita equalia sup q ponebant .vij. lucne auree. infusoria .e. .vij. ex auro erant. q'b;
olim lucnis infundebat. Erantqz ibi forcipes
dicti emunctoria. erant ad emunguda u'
tinguenda licinia. et uascla ex auro erant
ad extinguendu in aqua. que emugebantur
ne tetru redderent odore. dca extinctoria. Omne
pond eius cu uasis suis hbut talentu auri ad
pond scuary. Tria eni hebant talenta. mi'
.l. librar. q erat inslitor. mediu .lx. q erat
ciuium. maximu .c.xx. q erat scuary. Tn iosephus dic ipm huisse .c. mnas. quas hebrei cinchares dnt greca lingua intptatu talentu
nuncupatur. Positum aut erat ad austru
cont mensa. no recte quide. s; oblique. **De pietib; tabernaculi.**

Recepit qz do' fi tabnaclm in hunc modum.
Tabnaclu erat dom' deo dicata. qdrata. et
oblonga. tb; clausa pietib; aquilonari. meridiano. occidentali. Tb; patebat introitus.
ab oriente. ut sole oriente radiys eius illustretur. Longitudo eius .xxx. cubitor. latitudo
.x. altitudo .x. In late meridiano erant tabule de lignis sethi. stantes .xx. quar una
queqz in longitudine hebat cubitos .x. in
spissitudine digitos .iiii. In latitudine cubitu et semissem. Jungebant aut sibi mutuo
incastre ne rimula essz ibi. aut planities
pietis inequal'. Et erant i aurate ex utraqz
pte. supposite uo singl'e duab; basib; argen

tis perforatis in quarum foraminibus cardines aurei
immittebantur. In utroque angulo tabule eminentes
sicut in scriniis fieri solet. Tamen Augustinus videtur velle quod
una basis esset sub tabula, et altera super, per epis-
tilio. Sed littera contraria est que dicit ut bine bases
singulis tabulis per duos angulos sufficiebant. Utrum
autem tabule suspense a terra super bases an intra ba-
ses ad terram pertingerent, non legitur. Eodem schemate
factus erat paries aquilonaris. Ad occidentem vero erant
vi. tabule per omnia similes aliis, et eodem modo
stantes in basibus. Sed cum non implerent nisi .x. cubitos
dimidius cubitus ex utraque parte vacuus patebat.
et ideo tabula uno cubito lata secta est per medium,
et facte sunt due tabule semicubitales, que utrin-
que apposite parieti occidentis aliis duobus com-
paginabantur. Que et singule duabus basibus inni-
tebantur. Ne vero ventorum impulsu vel qualibet alia
causa parietes concuterentur. Singule tabule habebant
aureos anulos per ordinem velud quibusdam radici-
bus confixos, per quos vectes per transversum parietis
immissi tabulata simul continebant. Erant autem
vectes de lignis sethim inaurati. Singuli .v.
cubitorum. Immittebaturque caput unius vectis in caput
alterius in modum cornu ut ex pluribus sic iunctis
quasi unus vectis immense longitudinis vide-
retur, sicut in baculo sambuce pontificalis ebur-
neo fieri solet. Hoc plane sanum esset, nisi deus ad-
didisset quod .v. vectes essent in latere ad aquilonem,
totidem in austro, et totidem ad occidentem, quod minus
congruum videtur. Cum enim quilibet vectis .v. erat
cubitorum, .v. protensi in latere uno .xxv. cubitos
contingebant tantum. Itaque .v. cubiti illius l'im-
latis remanebant intacti. In occidentali vero
latere .ii. tantum sufficiebant. Sunt qui dicunt de
tribus vectibus superfluis unum superadditum .v. b.
vectibus in latere septentrionali, et alium in au-
strali, et sic quod illis deerat adimpletum. Tertium
sectum in duos, qui positi erant in duobus angulis
parietum, ut recurvati iuncturas angulorum
colligarent, sicut iuncture angulorum in scriniis
stapis ligari solent. Sed hoc ex littera convinci non
potest. Quia igitur in littera est .v. vectes iuncti per medias
tabulas a summo usque ad summum. De altitudine

parietis inclusi post. Erat igitur iuxta summitatem
parietis supremam unus ordo vectium extensus
in longum per totum parietem, et iuxta summitatem
inferiorem alius ordo eiusdem modi, et in me-
dia planicie tres ordines. Ut quod decem esse vec- quinque
tes fuisse in uno latere, potius ad numerum or-
dinum quam vectium referatur. Erant itaque in
unaquaque tabula .v. anuli, et in quolibet duorum
parietum vectes .xxx. Quia .v. ordinum quilibet
.vi. vectes habebat. In latere occidentali .x. vec-
tes bini per singulos ordines. Sunt qui di-
cunt non omnes vectes eiusdem quantitatis fuis-
se, sed quilibet vectium .v. qui erant in mag-
nis lateribus erant .vi. cubitorum, et ita .v. suf-
ficiebant ad continendum .xxx. cubitos, et
.v. vectes qui ad occidentem erant singuli
duorum erant cubitorum. Sed Iosephus loquens de
his vectibus ait unoquoque habente magnitudinem
cubitorum .v. De distinctione tabernaculi.

Tabernaculum hoc et de utroque velo.
in duas partes divisum erat. Posterior
pars ad occidentem .x. cubitis protendebatur, et
ita quadra erat in longum .x. et in latum
et in altum .x. cubitorum. Hec pars additum dice-
batur, vel sanctum sanctorum, vel sanctuarium sanctuarii,
vel sancta sanctorum. Anterior pars ad orientem .xx.
cubitis protendebatur, que communis erat sacerdo-
tibus, et hec dicebatur sanctum vel sancta vel sanctuarium
respectu huius. Posterior dicebatur sanctum sancti, quasi
sanctum consecutivum. Sancti, ut dicitur seculum seculi,
vel sanctum sancti, id est sanctius sanctorum, ut dicitur dominus
dominorum, rex regum. Ad alterutras vero partes
separandas posite erant in medio .iiii. colump-
ne de lignis sethim deaurate, capita haben-
tes aurea, et bases argenteas. Tamen Iosephus
dicit .iiii. fuisse tabulas ad modum aliarum ap-
tas, equaliter a se invicem distantes, inter
quas tres angusti patebant ingressus. Super
capita vero columpnarum suppositi erant duo
vectes .x. cubitorum a pariete in parietem prote(n)-
si, in quibus per circulos aureos immissum de-
pendebat velum. Velum .iiii. columpnas extensum
quadrum scilicet ex omni parte cubitorum .x. ut ex

omni pte phiber aspectum interior. Erat qz
uelum fctm de bysso retorta. q e gen
lini candidissimi & mollissimi. & de ia
cincto & pурpura & cocco bistincto. i. de
filis sericis iacincthini. purpurei. et cocci
nei coloris. ope plumario cpositum. i.
ope acupicto. Pluma enim lingua qua
da acus dr. hoc genus ueli. uulgo brust
tum. qi bis stratu dr. Primo ei fit tela
cui cu acu ope manuali substruunt diu
se picturationes. Sunt qui dnt opus
plumariu a simili auium. quibz sup ad
dita e plumarum uarietas. Idem opus dr
& polimitu. a poli. q e multu. p multi
tudine picturarum. Erat aut h uelum
pulchra uarietate cptum. et uniuer
sis ut ait iosephus floribz quos gignit
humus. et aliis picturis. quas potant
int serere pictores pt animaliu formas.
In ingressu uo tabnacli .v. columpne erant
de lignis sethim deaurate. capita hn
tes aurea. bases uo eneas. sup quas
duo uectes. ul unus .x. cubitorum. ptende
bat a pariete in parietem. in utroqz capite
sui. utriqz parieti insertus ad modu trabis
i domo. a quo dependebat aliud uelu p cir
culos aureos insertu. ad modu portis op
atum. Sz sedm iosephu. usqz ad medie
tate columpnarum dependebat. tegens eas
p .v. cubitos. Reliqui uo .v. usqz ad t
ram ad ingressum sacerdotum patebant.
Sup h uo io. dicit aliam cortina lanea
suppositam usqz ad terram ptingente.
funibz panulos eam ducentibz & ret
hentibz. ut in diebz festis reducta pberet
aspectum tabnacli. In aliis diebz sup i
ducta phiber aspectum. ppue cu nubi
lum uidetur. textus eni fortis erat. et
facile labore sustinebat. etia in ingressu
templi simile dic fuisse appensam. Erat
aut in interiori sanctuario archa cu his que
in ea reposita diximus. et cu his q erant
ei supposita. In anteriori uo candelabru

ad austru. mensa ad aquilone. In medio aut
ueli non longe ab abdito. altare aureu. q
io. thuribulum aureu uocat. de quo dicemus pt.

De cortinis & sagis.

Tectum tabnacli no camgatum. sz planu
ad modu palestine fuit. iiii. opimentis cp
ratu. Primu opimentu .x. cortine que & ue
la ul tentoria. quinqz tabnaclm uocat. que
erant fce de .iiii. predcis coloribz. ope plu
mario. Longitudo cortine uni erat .xxviii.
cubitorum. latitudo .iiii. quarum .v. mutuo sibi
iungebant. & .v. similr. ut qsi .ii. cortine ex qui
nis sibi cunectis redderent. Iungebant aut
ansul iacincthinis. que i uno quoqz latere cor
tinarum disposite. altra contra altam ueniebat.
et bine anulo aureo colligabant. sic ad orn
natu colli fibule argentee ul auree in
qz horam capitii solent colligare. Dicit tn
iosephus. anul aureis & uncinis eas fuisse
iunctas. Scdo opimentu cratis erat saga cilici
na. que & uela capillatia. ul caplatia. qui uo
cant. que de pilis caprarum. quos capillos qui
dam ad differentiam lane ouium fca erant. de
quibz & cilicia fiunt. Vn & illa saga cilicina
dca sunt. que p aspitate saga dicebant. Vn
& quosda pannos aspos sagias dicimus. ul forte
ex quadratura saga dca sunt. Vn & militare
palliu gall' uiuitum. qr quasi quadru erat
sagum dcm e. Qd tn quia ex aspero fiebat pi
no. contra aeris itempiem potuit dici sagu. Erant
aut saga h .xi. Longitudo sagi uni hebat cu
bitos .xxx. latitudo .iiii. et erant .v. s inuicem
iuncta. ut qsi unu sagum facerent. & alia .vi. qsi
i unu sagum iuncta. Iungebant aut anulis
aureis insertis ansul ereis cont se ueniebz. Hc
aut singule cortine ul saga s iuice ita coplare
tur. an .v. cortine s consute filo insepabili pli
i una cortina iuncte erant. & alie .v. silr. & ad
tegendu tabnaclm. hee .ii. magne cortine
tm anul & ansul iungent no elucet. De

Quo uero modo tegendi sedm bedam
de hiis tegebat. ta. prius uideam. Sedm
bedam ptendebantur .x. cortine s coplate. per

infusilium. totum operientes tab. et descendentes
plata. uno cubito distabant ex omni parte a tra.
et que simul iuncte .xl. cubitos implebant. longitu
dinem tabnacli que erat .xxx. cubitorum tegebant
et .v. cubiti dependebant iuxta latus occiden
tale. Alii .v. descendebant ante apertam que erat
ad orientem. tm ne inposite penderent utrique
.i. ante et retro cortine noue cubitis hinc et .xv. inde
dependentes. Infusilientes duo magna lata
tabnacli usque in medium apture trahebantur.
ibique mutuo iungebantur. et sil in latere occide
ntis. et ita ex omni parte. tamen erat tectum cortinis.
uno tantum cubito circa terram ex omni parte non ue
lato. Supponebantur saga silr per infusilium. Sed
erant .xx. cubiti per lata. descendebant usque ad
terram. et ita cubitum cortinis non uelatum ipsa
uelabant. Et que ex infusilio .xl. iiii. cubitos he
bant. cum centum .xi. simul iuncte. et unum quodque erat
.iiii. cubitorum longitudinem tabnacli .xxx. cu
bitis tegebant. de .xiiii. ergo qui superant .vii.
descendebant ad orientem et .vii. ad occidentem.
Partes uero sagorum que superant pendentium
iuxta lata duo magna usque ad terram. exutri
que parte reducebantur ad tegendum introitum orien
talem. Sed quia .vii. cubiti exutrique parte ueniebant
in spacium ubi introitus .x. tantum erant. sic
suebatur sagum intimus sago. uel forte in sum
mitate cuique duo cubiti reduplicati consue
bantur instar horarum uestimenti. et tunc ex eis
ueniencia saga de lateribus in medio introitus co
pulabantur in eodem loco. in quo et cortine. et silr
in latere occidentis per huiusmodi sutura. uel repli
catione sagorum. Dicit beda primo dixisse dominum
moysi. sextum sagum in fronte tecti duplices
.i. dimidium sagum quod excedit cortinas in introitu
supplices uel replicab. Et post planius addidit. quod
super est in sagis .i. unum sagum quod plenius est
ex medietate eius operies posteriora tabnaculi
.i. latus occidentis. duplicabantur autem ita ut
impetum uentorum possent sustinere. et secundum
hanc dispositionem. tabnaculum ex omni parte te
gebatur sagis usque ad terram. et nichil ex eo uide
batur. Et tentorium quod erat in introitu preciosum. i

inuilr ibi erat. et cum sacerdotes intrabant tabna
clum. uel necesse erat attollere saga et cortinas.
ut subintrent. uel si in medio iungebantur in
tonis et anul. ad introitum eorum dissoluebatur.

Alia est iosephi Josephus aliter
dispositio. cui consentit orig. et uidetur
probabilior. Ait enim .x. cortinas que mutuo iunc
tas ut dictum est. a fronte tab. super introitum ex
tendi per infusilium. et tegere totum. tamen et descen
dere iuxta latus occidentis usque ad terram. Inti
tum uero non tegi aliqua parte cortinarum. cum propriu
habet uelum. Similr et de sagis totum dicit operi
ri tabnaclum. excepto introitu. Sed quia
duo cubiti sagorum supersunt cortinis exutri
que parte dicit eos replicari sub cortina. ne uento
intus inter saga et cortinas. totum contineret
operimentum. pro quo et dictum putat .vi. sagum
in tecti fronte duplices. Sed secundum hoc speciosa et
preciosa plurima pars extrinseca tabnaculi
non uidebatur. nec illud cortinarum quod circa
tabnaclum defluebat. frustra ergo tanti facta
uidebantur. quo circa forte ex omni parte cortine
et saga funibus extendebantur circa tabnacu
lum. et paxillis ereis colligabantur funes.
quia et paxillos habuisse tamen. infra moyses dicit et
in modum tecti dependentis circumquaque at
tollebantur. ut et tab. undique uideri posset
et circuiri ab ingredientibus sub cortinis.

Quotiuque De pellibus suppositis.
Quo modo hec duo operimenta disposita
fuissent. de reliquis duobus non est quo. Sane
tercium erat operimentum de pellibus arietum ru
bricatis. que superiora tantum tegentes ad lata
non descendebat a funibus et paxillis ereis af
fixis terre circumligatte. Quartum quoque operimentum
in eundem modum erat suppositum de pellibus
arietum iacinctinis. Supposita uero erant
duo propter estum et ymbrium diffusionem. Multos
itaque ut ait iosephus stupor habebat a longe
inspicientes. nam colorem eius in nullo pu
tabant differre a celo. De figurabantur

In hac compositione tab. patet predictis. a
deum et non hominem sic disposuisse. quia ut ait

iosephus singula horum ad formam rerum facta re-
fert. Si quis absque invidia velit hec consi-
derare. Adytum ei quod soli pontifici pervium
erat. figurabat celum deo et angelis attributum.
Sanctuarium vero quod in duplo erat. terram et ma-
re cunctis gressibilia sicut et illa communis
erat sacerdotibus. cortine celum siderum. saga
aquas que sunt super firmamentum. pelles rubrica-
te celum empireum in quo sunt angeli. Ia-
cinctine celum superius ubi deus super omnia. tamen
in iiii coloribus velorum dicit iosephus figurari
iiii elementa. per byssum terram. quia et de terra est
et lino terreum et viridem colorem habet. per purpuram
mare. quia ex chonchis marinis tingitur.
per iacinctum aerem. per coccum ignem. quia in
colore ei simulatur. per mensam annum vel tempore.
per panes xii menses. per coronam iiii digi-
torum annum solarem. iiii temporum. per mino-
rem annum. annum lunarem. per vii lucernas
candelabri vii planetas. per lxx eius partes
decaniam planetarum forte. Quisque pla-
netarum habet v dignitates vel potestates v natura-
les et v accidentales. in quibus armonice i.
proportionaliter se habent. In candelabro notatur
quia que sub eis sunt ad ipsos tendunt i. motus
naturales et effectus ab eis habent quod et
notat ornatus eius. cyphi vasa liquoris.
aquam. sperule solum. spericum lilia aerem qui
solus viciatur odoribus. De altari ho-

XXXVIII

Precepit quoque dominus locaustorum
fieri altare de lignis sethim. Altare
hoc dicebatur holocausti. vel holocaustorum. vel
holocaustomatum. et posset dici sacrificiorum. sed a
digniori nomen accepit. Erat autem in longitudi-
ne et latitudine v cubitorum. scilicet quadrum et
in altitudine trium. cui tamquam nimis al-
to ad horam ministrationis aliquid apponebatur
in quo staret minister. quod impleta ministratione
tollebatur. Altare enim gradus habere alibi pro-
hibetur. eratque concavum instar arche sine
operimento. parietes lignei. sed operti erant ere in-
tus et extra. licet uri non possent. Sicut nec
anticon. vel lignum paradysi quolibet quod urendo
fit mundius. Area cuius sive arula. erea erat tamquam
fundus arche. super quem fiebat ignis. qui per fenestram
que erat in latere orientali imponebatur. In iiii
angulis superioribus erant extra iiii recurva cor-
nua. in quibus cathene anuli inferebantur. De quibus
dependens craticula erea in modum retis facta
usque ad medium altaris. intus descendebat. super quam
cremanda in odorem domino ponebantur. quam ignis per
oculos craticule ascendens de arula consumebat.
Circa vero angulos inferiores iiii erant anuli
enei. in quibus vectes imponebantur. de lignis se-
thim operti ere. ad deponendum altare. De hoc
tamen altari et craticula eius ambiguitas est non
solum inter nos. verum et inter hebreos. precipue cum he-
braica veritas a nostra translatione nichil discrepare
videatur. Nos quidem sic habemus. facies et craticulam
in modum retis eneam. per cuius iiii angulos erunt
iiii anuli enei. quos pones subter arulam al-
taris. eritque craticula usque ad altaris medium. He-
bree vero sic habet. Facies et michabar. facturam retis e-
nei. et super rete iiii anulos eneos. et dabis eum
in fundum altare desubtus. eritque rete usque ad al-
taris medium. Iosephus autem sic. cui suberat cra-
ticula in modum reticulorum facta. Suscipiebat enim
terra ignem qui de craticula ferebatur. quia bases in-
erant ei subiecte. Cassiodorus tamen senator in
pictura quam fecit. cuius in expositione psalmorum
meminit. iiii pedes in utroque altari fecit. propter
videtur quibusdam non supponi craticule carnes
assandas. sed fuisse quoddam vas quadam in quo sederet
altare. cuius paries altitudo altare ambiens
usque ad medium altaris elevata est. in cuius
angulis sursum quatuor anuli pendebant. per quos
vectibus insertis. altare ipsi insidens portaretur.
Altare enim non legitur alios anulos habuisse. Sed in-
separatum est hoc vas reticulatum ab altari. et
ut amoveri possit altare ab eo cum vellent. et si
imponi. an de ipso altari opere fusili vel fabre-
factum est ut quasi appositum videtur. ambiguum
est. Super arulam vero altaris quam in medio eius
positam diximus. per fenestram ab oriente struem
lignorum imponi. et super ligna carnes imponi
assandas. vel non ibi erat arula. Sed super craticu-

subpositam fiebat ignis. quod uidetur uelle iosephus
in predictis uerbis. Alius uidetur nec operimentum
non fundum ipsum habuisse. sed parietes tantum terra repleti.
Secundum quod dominus dixit. Altare de terra facietis mihi. in
cuius area superiori fiebat ignis et cremanda impo
nebantur. et de craticula altaris supposita idem
sentitur. Arula uero. sub qua craticula posita
legitur. hebreus areunculam uocat uel sulcum. quam
in medio parietum altaris fuisse dicit usque ad
quem locum altitudo craticule pertingebat. De

Positum situ altaris et uasis eius

Positum autem erat altare ante tabernaculum. lxxv.
tabernaculum sub diuo. non directe ante introitum. sed ob
lique ad meridiem descendens. ita ut ante ipsum
immolantes stantes ad aquilonem in ipsum taberna
culum usque ad sancta sanctorum inspicere possent. Et quia
stabant ad aquilonem et conuertebantur ad meridiem. quandoque
legitur eos sacrificasse ad aquilonem. quandoque ad meridiem.
Erantque in usus eius lebetes ad colligendos
cineres. cum humidabant. et deportando quos in
locum secretum et mundum reponebantur. Et forci
pes ad emendandum ignem altaris. et fusci
nule quas greci creagras dicunt. quia inde de
caldariis carnes cocte proferebantur. et batilla
qui uatilla a uehendo. quibus prune ab hoc alta
ri ad altare thimiamatis deferebantur. preter
cacabos et ollas ad carnes coquendas. que tamen
super altare non coquebantur. omnia uero enea
erant. Hebreus sic habet. facies ei ollas et eius pa
las. et eius pelues et eius uncinos. et eius igni
um receptacula. De atrio circa tabernaculum

De atrio circa tabernaculum lxxvi.

Erat autem atrium circa tabernaculum
in latere meridiano .c. cubitorum. et in aqui
lonari .c. In orientali uero .l. et totidem in occi
dentali. et sic quadrum erat. sed in forma altera
parte longiori. Erantque in latere australi .xx. co
lumpne alte .v. cubitis. capita habentes argen
tea cum celaturis. cum basibus eneis. spacio .v.
cubitorum inter se distantes. Super quas singuli anuli
aurei iterati pertingebantque fines ab anulis usque
ad capita paxillorum. qui erant cubiti unius
magnitudine. et per singulas columpnas in terram
ualide fixi. ut atrium immobile custodirent.
cortina uero de bysso mollissima .c. cubitorum in
longum .v. in latum. per columpnas dependebat a
capite usque ad basem diffusa. ut nichil a pariete
differre uideretur. nisi forte per aeris intemperiem.
quandoque uero tetendebat funibus et per paxillum tenderetur.
ut sub ea tamquam sub tecto reciperetur populus. In
eundem modum latus aquilonis .xx. columpnas et
cortinam habebat diffusam. Ab occidente uero .x.
columpne et cortina cubitorum .l. atrium
cingebat. In ingressu uero ad orientem tres co
lumpne hinc et tres inde stabant. et cortine
utrumque has diffuse. nichil a prioribus differentes.
In medio uero lateris eius .iiii. erant columpne
in modum portarum. quibus appensum erat uelum
de .iiii. preciosis coloribus contextum opere plu
mario. quod ad egressum uel ingressum de facili
attolli et deponi poterat. Notandum tamen
in longioribus lateribus fuisse columpnas .xxi.
inter quas erant .xx. aperture .c. cubitorum. et
in duobus minoribus .xi. sed tres angulares que
communes erant duobus lateribus. dicuntur ibi .xx. hic
uero .x. et designant communem numerum colump
narum. numerum intercapedinum. Habebat autem
utrumque latus magnum .xx. columpnas et .xx.
intercapedines. alia lata .x. columpnas et .x.
intercapedines.

De lucernis. lxxvii

Precepit etiam dominus offerri a filiis israel
oleum oliuarum purissimum. piloque tu
sum. Hoc enim purius est quam nuceum uel li
neum uel mirtinum uel rafaninum. ut semper
ardeat ex eo lucerna in tabernaculo testimonii. quam
accendebant aaron et filii eius uespere et
usque mane lucebant super candelabrum .vii. lu
cerne coram domino. In die uero tres tantum. li
chinus lucerne purpureus erat. cincendela uero
quam tingunt dicimus aurea.

De uestibus sacerdotum. lxxviii.

Item locutus est dominus ad
moysen. Applica fratrem tuum aaron ad te cum fi X.XXVIII
liis suis de medio filiorum israel. ut sacerdotio
fungantur mihi. faciesque uestem sanctam fratri
tuo. in qua sanctificatus mihi ministret. De his
sane uestibus quia confuse agit historia. ad eui
dentiam congruo ordine prosequamur. Quattuor

erant vestes tantum sacerdotibus minoribus, quos
cananeos vocabant. Quinque principi sacerdotum
quem arabarchen appellabant. Quinque communes et
alie .iiii. post illas quibus solus arabarchus
.i. princeps sacerdotum utebatur. Quibus secundum or-
dinem hunc videbantur induebantur. Purificatis
prius manibus et pedibus aqua. sacerdos indue-
bat manachasim. quod perstrictorium sonat. quod
grece bracce. latine feminalia dici potest.
Eratque de bysso retorta contextum. Inguini-
bus quasi per ipsum pedibus ascendebat / usque ad
genua tamen descendebat. Post tamen ponti-
fex qui virginem habet conjugem. tamen sandaliis
pedes tegit. ac si dicatur ei. qui lotus est non
indiget nisi ut pedes lavet. Secundo byssina
sindone duplici vestiebatur. quam cethomone
.i. lineum dicebant. quam nos lineam strictam
sive camisiam vel subuculam dicimus. quam moy-
ses abanet appellavit. Sed postea a babyloniis des-
cendentes hebrei emissaneam dixerunt. Est
autem descendens usque ad talos. et decenter corpori
coaptata. sed manicis brachia valde con-
stringens. nascitur hinc inde super humeros
capitium stringentibus. Tercio cingebatur balte-
o lato. quasi digitis .iiii. sic reticulato. ut quasi
pellis viperea quam estate exuit. videtur
contexto floribus coccineis. purpureis. et ia-
cinctinis. Stamen vero tamen byssinum erat.
Summus initium cingendi a pectore circumducitur
lateribus. Iterum autem umbilicum redibat. ibique
modice stringebatur. et usque ad tibias depende-
bat ad decorem / dum sacerdos nichil operabatur.
Cum autem sacrificabat. ne impediretur pende-
tes summitates super levum humerum reflecte-
bat. Unde et forte dyaconi quandoque casulam pli-
catam eidem humero supponunt. Quarto
simplicem tyaram gestabat in capite. a cy-
dari pontificali plurimum differentem. Erant
autem in modum pilei calamiti vel cassidis mo-
dice medietatem capitis excedens. dicebatur
que manephi. huius vittas que involute
sepius nectabantur. ne facile laberetur.
Huius desuper aliud velamen byssinum usque

[margin: usque ad lumbos ubi perforatur stringebatur et usque]

[margin: vel sacrificabat]

ad inferiora barbe descendens. celans pilei liga-
turas. et totam capitis superficiem. aptatumque
affecte. ne laborante rueret sacerdote. De pon-
tificalibus indumentis.

Super hec .iiii. superius vestibus induebatur arabarchus
quarum prima tunica erat iacinctina. poderis
vel subpoditis dicta. i. talaris. quam hebrei mechyl
dicunt. Eratque de duabus incisionibus facta. consuta
super humeros. et per lata in modum dalmatice facta.
manicas eiusdem coloris habens assutas. capi-
cium habens non extensum super scapulas. sed in lon-
gum sectionem habebat a pectore usque ad medi-
as scapulas. cum aperture. ne ante et retro turpiter
appareret. assuta erat vitta. que super scapu-
las hinc inde nasturis astringebatur. Habebat
autem per fimbrias .lxxii. tintinnabula aurea.
quibus erant intermixta totidem nasturi quasi
mala punica ex iacincto et cocco bistincto
purpura. ita ut post tintinnabulum esset malo-
granatum. quasi inter scalarum posita ut audiretur
sonus cum sacerdos ingrederetur et egrederetur
sanctuarium et non moreretur. Super hanc tu-
nicam videtur velle iosephus accingi pontificem
cingulo predicto. quo alii sacerdotes super lineam tu-
nicam. alii vero desuper ipsum accingi dicunt. sed super
ephot. ut super omnia indumenta ad ultimum
cingeretur. Sunt qui dicunt duas zonas ha-
buisse pontificem. primam ad modum sacerdotis.
Secundam super ephot. que due tamen pro uno habentur
indumento. Secunda vestis erat ephot. similis super-
humerali grecorum. De predictis .iiii. coloribus auro-
que contextum sine manicis ad modum colobii des-
cendens usque ad renes. adeo ut super cingi posset
superiorem partem tunice iacinctine tegens. in-
feriorem relinquens intactam. Hore vero laterum
unctinis tantum aureis iungebantur. apertum
habens in pectore quadratum ad magnitudinem
palmi. in qua logion inserebatur. In cuius parte
superiori super utrumque humerum infibulati erant
auro duo lapides onichini. smaragdi. scilicet. vel
sardonices. Secundum iosephum. in quibus sculpta e-
rant nomina filiorum israel. principalibus litteris. lin-
gua hebrea / iuxta nativitatem ordinis eorum.

noīa senior in humero dextro minor in sinistro
ob recordationem filior isrl. Hebat aūt capitiū
ex transuerso sup humerorum fortibꝫ l oris contextū
q legitur samuele et dd. indutos ephot. Aliud
erat qd pprie ephotar dicebatur et erat lineū. Istud
mira pulchritudine uermiculatū. Tertiū erat or
namentum quod hebreus essen grecus logion latinus
rationale dicit. quadrangulum et duplex. ne pondere
geminatum rumperetur. mensura palmi. hns. s.
captam. Superhumerale imple sufficies ex pre
dictis. iiii. coloribꝫ et auro contextū eodē scemate.
quo et superhumerale. Erantque in eo. xii. lapides.
auro firmiter inclusi p. iiii. ordines trini insi
gnis. In primo ordine. sardius. topazius. sma
ragdus. In sc̄o carbunculus. saphirus. iaspis. In
tertio ligurius. achates. ametistus. In quarto crisso
litus. onichinus. berillus. In quibꝫ sculpta erant
xii. noīa filior isrl iuxta ordinem natiuitatis sue
singula in singulis ut gestaret sacerdos memoria
le moraturus. s. filiis isrl. et minor. s. filior isrl
in humeris et pectore ob recordationem tiun quor
uirtus ppis memor esset. ipse uō duor. uit. s. pps in
dens omnia noīa prim suor satageret. ne a uirtu
te por degeneraret. Sacerdos uō uitam et fidem
patriarcharum meminisset imitari. meminisset
et pplm ex hys prib ortum. sacrificiis et oratio
nibꝫ deo commendare. Appellabatur et rationale iudi
cii. uel quia scripta erant in eo hec duo noīa. iudiciū
et ueritas. uel doctrina et ueritas. Sane. ubi nos ha
bemus pones in rationali iudicii iudiciū et ueritatem.
hebreus habet. purim et tumim. hoc est sortes in quibꝫ
iudiciū ueritatis solet inquiri. purim dicit. Tra
dunt autem in medio rationalis fuisse lapidem quadratū
magnitudine duor digitor. in quo sm coloris
mutationem pendebant utrum dn̄m placatū hērent
an offensum. Josephus dicit sardonicem qui in dextro hu
mero gerebatur cum sacrificiū pontificis deo place
bat. tanto splendore micare. quod et procul positis
radii eius appareret. Egressuris uō ad prelium si deus
cum eis esset. tantus fulgor in lapidibꝫ rationalis ap
parebat. ut omni fieret multitudini manifestum
eorum auxilio dn̄m adesse. et ob hoc. rationale iudicii
nuncupari. Asserit autem iosephus hunc fulgorem sar

donicis et rationalis cessasse. annis ducentis. antequam
ipse scripsisset. hoc cum deus moleste ferret trans
gressiones legis. Erant et in. iiii. summitatibus
rationalis. iiii. anuli aurei. quor duobꝫ suppre
mis inserte erant due cathene auree. sibi inuicem
coherentes. i. oblique admodum. x. littere sibi inme
dio commixte. Vel potius exprimit factam cathene
in qua macule maculis coherent. pro quo hebreus
habet. opere plexo plexas. Josephus dicit p fistulas
uenientes iuxta caldeum sonat tinnatas
. vel ad quantitatem spacii. in quo pretendebatur
factas quas sursum ferebantur usque ad scapulas
pontificis. sup quas inferebantur duobꝫ uncti
nis aureis. Sup humerali firmiter insti.
Duobꝫ uō anulis inferioribꝫ assute erant due
uitte iacinctine. que circa latera ducte duobus
anulis aureis inter scapulas inserebantur. qui
sub utroque sardonice in ephot fixi stabant. ut
utrumque ligatum ephot et logion sibi inuicem fir
miter coherent. De zona &c.

Super hec dicit Josephus zonam ex. iiii. co
loribꝫ et auro contextam. ex utroque latere
circumductam. et iterum reuolutam ante pectus in
utroque summitate infra pendente habentem ex
aureis fistulis fimbrias miro decore compositas. De tyara uel mitra.

Ultimum erat capitis ornamentum quod
communiter. i. ab omnibꝫ tyara uel mitra. uel infu
la dici potest. Specialius uō. s. a iudeis cidaris.
Eratque tyara ad modum pilei facta. que communis
erat sacerdotibꝫ. sup quam consuta erat alia
tota iacinctina. que circundabatur aureo cir
culo. tribꝫ ordinibꝫ facto. Sup quem ab occipi
te stabant flores aurei. plantagini similes.
a tempore ad tempus. A fronte uō sup stabat flos q
aureus. simul habet. quem greci iusquiamos di
cunt. magnitudine digiti unius. In superiori uō
planitie tyare ex omni parte in circuitu usque
ad summitatem eius. que in acutissimum deficie
bat cacumen. particulatim plicata erant ma
logranata aurea. cum spinosis extremitatibus
suis fabrefacta. Suppendebatur uō fronti
lamina aurea. quam petalum dicunt. admodum

lune dimidie facta. que arcuatione sursum
huius. et in medio anulum aureum. uncino aure
o inserebatur qui thiare infixus erat. in qua scrip
tum erat adoth. adonay. id est. sanctum domini nomen. scilicet
tetragramaton. quod dicitur ineffabile. non quia dici
non possit. sed quia rem ineffabilem significat. quod his
litteris scribitur. he. ioth. eth. vau. que sonant
principium uite. passionis. iste. quod est per passio
nem huius quem prefigurat hic sacerdos. recupera
bitur uita in adam perdita. Ne uero cum mo
uetur pontifex. moueretur et lamina sancta.
sursum ligabatur uitta iacinctina perspicu
a. celante uncinum et anulum. que circumduc
ta capiti et ligata in occipite. dependentes
summitates super humeros utrimque diffunde
bat.

De typo uestium.

His uestibus ornatus pontifex ymagi
nem totius orbis super se preferebat. Feminalia eius
et linea stricta. quia byssina erant. terram
significabant. Balthei uero quia torti erant. circum
uolutionem occeani. Tunica iacinctina ipso
colore aera preferebat. Per tintinnabula. sonitum
et tonitruum. per malogranata. choruscationes
signabantur. Ephot sui uarietate celum syde
reum. quod auro coloribus intertextum erat. significat
quod color uitalis penetrat uniuersa. Duo sardo
nices. solem et lunam. uel duo emisperia. XII. gem
me pectorales. XII. signa in zodiaco. pul
chre quod in medio erat. rationale applicabatur.
Ratione enim cuncta sunt plena. et terrena habent
celestibus. immo ratio terrenorum et temporum. id est. ueris
et hyemis. caloris et frigoris. et duplex inter
utrumque temperies. de celi cursu et ratione descen
dit. Cydaris. celum empireum. lamina suppo
sita. deum omnibus presidentem.

De altari incensi et loco eius.

Post uestium compositionem locutus est dominus ad moysen di
cens. de modo consecrationis aaron et filiorum
eius. quod usque ad ipsam consecrationem distu
limus. de altari aureo prosequentes. Secundum erat
hoc altare de lignis sethim. huius cubitum
longitudinis et alterum latitudinis. id est. qua
dratum. et duos cubitos in altitudine. Vestitum
quia erat auro purissimo. cornua huius et craticu
lam auream. et cathenas et anulos et uectes aure
os instar prioris. Utrum uero arulam haberet. an cineres
exciperet terra ambiguum est. Iosephus addidit quod per
singulos angulos. id est. labia. coronas. VI. habebat
ex auro mundissimo. quod singulariter forte in exo
do non est. Ita facies ei coronam auream per girum.
Hoc altare dicebatur incensi. uel thimiama
tis. quia singulis diebus mane et uespere ad consuman
dum iuge sacrificium. super illud thimiama incende
batur sanctificatum domino. Sunt tamen qui dicant.
mane solum incensum. id est. thus super imponi. Ves
pere uero pro dignitate sacrificii uespertini. thimiama.
Ceterum. utrum hoc altare esset inter sancta sanctorum an in
sanctuario cum candelabro et mensa. sancti uidentur du
bitare. Nec est putandum indubium uenisse. quod
esset in sanctuario. cum hebreus hoc dicat. et Iosephus
plane. et prima posito tabernaculi facta a moyse
innuunt. nisi quod paulus ad hebreos. thuribulum po
suit aureum intra sancta sanctorum. Potuit sane esse
quod in templo ubi omnia ampliata fuerunt et mul
tiplicata. preter altare aureum quod erat extra ue
lum. ad quod bis in die necesse erat ingredi. erat super
additum thuribulum in adito. in quo summus sacer
dos prunas et thimiama quod secum ferebat adolebat
sibi in propitiationem. cum ad interiora contingebat
ipsum penetrare.

De compositione thimiamatis. xxv.

De compositione uero thimiamatis locutus est dominus ad moysen dicens.
Sume tibi aromata. stacten et onicam. galba
num boni odoris. et thus lucidissimum equalis pon
deris erunt omnia. et in tenuissimum puluerem con
tundes ea. Onicha fertur esse ostreola paruula
suaue redolens. magnitudine humani unguis. unde
onicha dicitur. quia onix grece. unguis dicitur. Stacte
est gummi quod fluit de mirra. quod et mirra dicitur. Gal
banum uero sucus est ferule. et nascitur in syria.
optimum cartilaginosum. scilicet et minus lignosum.
cuius odore fugantur serpentes. Ferula uero que et
fenuculum in gargano nascitur. cuius sucus ui
lior est. Thus uero lucidissimum. optimum quod et
masculum dicitur. quia instar humani testiculi rotun
dum est. dicitur et lybanum. a lybano monte arabie

hic non est ordo biblie
capitulorum sed tamen eo
ordine consignaui

i quo nascit arbor thuris ad aceris cōsūtatem
pplero. ꝛ in toto in mune. Ex hiis .iiii. fiebat
pulvis thimiamatis scī. Phibuitq3 dn̄s ta
le fi cōpositiōn in us hōm. q siquis sile facet
ut odore eius fruetur. pibet de pp̄lis suis. Ide
ē q in eccā nō dat odor thīs bn̄dicti sponso
ꝛ sponse. In ꝛ ē q oblato thē bn̄dicto sup
altare. si descendat thibl'm ad clicos i cho
ro. ul' ad laicos. aliud th' sine bn̄dcone ap
ponendu ē. ꝛ homib3 offendu. **De confectio**
ne scē unctionis .xxv.

Unguentū ꝛ scm̄ de .iiii. fiebat aromatib3. Aro
ma uō de q libet pigmentū q odore suo a
erā inficit. q̄i aeriopna. Sumebant̄ quidē
sicli .d. uirgultoꝝ pme .i. pcipue mirre. ꝛ
ē mirra arbor que grece simirna dē .v. cubi
toꝝ que ē in arabia. cui uirgulta arabes
excurit ut meli pululent ꝛ fructificent.
Ex quoꝝ odore contrhent intolabiles mor
bos n̄ fumo storatis occurrent. Cynamomi
.ccl. sicli ꝛ calami totidem. Cassie uō .d. ꝛ ē
cinamomū ugultū indie. ul' ethiopie duoꝝ
cubitoꝝ sic dcm̄ q̄i canamomū. q̄ i modū
canne subtiles ħt calamos ꝛ replicatos
q̄ fracti spiramentū uisibile reddit. Ca
lamus uō: spēs aromatica ut̄ sibanum
cassia i aquosis nascit̄. crescit in imensū
odorem reddit. Hec redacta i puluem cū
oleo oliuaꝝ sb̄ misura hin. conficiebantur
ope unguentary. ꝛ dicebat̄ scm̄ unctiōis
olm. ul' unguentū scm̄. de cui' usu loco
suo dicem'. Ioseph' ꝛ balsamū apponi dic.

Locutus ē **De labio eneo .xxx.**
itm d' ad moy. Facies ꝛ labiū
eneum cū basi sua. uas .s. lauatoriū. Qd
ꝛ lut' dī. q erat int̄ tabnaclm et altare
holocaustoꝝ in quo missa aqua lauabant
sacdotes man' suas et pedes. uestes scās ac
cepti ut sacificarent. Simul' ingssuri tab
naclm ꝛ egssuri. Qd dicit̄ fcm̄ de speculis
mulieꝝ excubantiū ad ingssum ta. forte
de sedib3 speclōꝝ eneis fcm̄ fuit. ul' potu
eo fcō in circuitu labij supponi circumposita

finunt specla in qb3 sacdos uide posst siqs
plam ul' facie ul' ueste maclam habet
abluenda. **De redemptione numeratorū**

Locut' ꝛ d' ad moy. Cum numab filios
isrl'. dabit quisq3 pcium p aīa sua. ne
sit in eis plaga. dimidiū sicli iux me
surā sanctuary. Siclus aūt .xx. oblos ħt.
a .xx. annis ꝛ sup. dabiit. Ab eo eī tpe
ad nom familie tuisibant. Diues nō ad
det. ꝛ paup nich minuet. ꝛ hec pecunia ad
usus tabnacli reponebatur. et h' in dd
uindicatū ē. quia alit̄ fecit qm̄ domu'
uissat. s. nō accipiens dimidiū sicli. **De**

Uocauit **electione artificū ꝛ da**
etiam **tione tabularum. .xxxi.**
dominu' ex noīe .i. noiatum elegit. hui' opis
sumos artifices. beseleel filiū huri. de tri
bu iude. ꝛ ooliab sociū. s3 pitum minus
filiū achisamech de tbu dan. quos iple
uit spū dei .i. scīa ad cogitandu in omi
ope fabre faciendo. Nota q fm palipo
completisq3 simo menon nō uidet be
nib3 hijs. dedit moy seleel huisse n̄ du
duas tabulas lapi os annos ad plus.
deas dei digito sciptas. **De uitulo con**

Uidens pp'ls q moyses **flatili. .xxxii.**
moram facet. dixit ad aaron. Fac
nob deos qui pcedant nos. Moysi eni igs
rami' q accidit. excant se hebrei dicētes
quia heloym nō tm̄ dos. s3 ꝛ dnōs sonat
ꝛ dixit eos pecusse duces mīns. Aaron
uō et hur restiuunt. s3 indignat' pp'ls
spues in facie hur spuis ut traditur
eum suffocauit. Un̄ times aaron. ait.
Tollite inaures uxoꝝ ꝛ liboꝝ. ꝛ affte
ad me. Hoc erat q pciosius et carius
hebant. putans q cōsulentes auaricie
sue nollent affre. Quas cū accepiss3
formauit ex eis uitlm conflatilē ope
fusorio. Forte aliud nō accipent. q2 ad
orauant bouem i egypto. Tradit quida
aaron piecisse i ignem inaures. ꝛ inde
ope demōis cōflatū cap' uituli tm̄. qd

tum quoque vitulus. quoniam caput vituli vocatur.
quasi in excusatione sui. Et inferius legitur
aaron dixisse moysi. proieci illud in ignem.
Et egressus est hic vitulus. Et dixit populus.
Hii sunt dii tui israel. qui te eduxerunt de
terra egipti. Fecitque aaron altare coram
eo et in crastinum indixit sollempnitatem. Ma
neque surgentes. obtulerunt hostias. sedit
que populus manducare et bibere. et surrexerunt
ludere. vel adorare. Tunc ait dominus ad moysen.
descende. peccavit populus tuus. quasi dicat. iam non est
meus. dimitte me. ut deleam eos. Faciam
que te in gentem magnam. Cui moyses. Queso
domine. quiescat ira tua. ne dicant egyp
tii. callide eduxit eos. ut interficeret in mon
tibus. impotens eis dare terram quam promise
rat. Recordare quoque servorum tuorum. quibus iu
rasti dicens. Terram hanc dabo semini vestro.
Placatoque domino. descendit moyses ferens
tabulas ex utraque parte digito dei scriptas. cui
occurrit iosue. qui forte singularibus diebus in occur
sum eius egrediebatur. Non enim credibile est
cum moyse eum ieiunasse. et ait ad moysen. Ulu
latus pugne est in castris. Cui moyses. immo
vox est cantantium. Et appropinquans vidit vi
tulum et choros. et iratus proiecit tabulas et con
fracte sunt. Arripiensque vitulum et massam re
degit in pulverem. quam sparsit in aquam et dedit
ex eis potum filiis israel. Cumque accusaret aa
ron quod populum corruperat. excusans se aaron
dixit. que supra dicta sunt. dicens se timu
isse populum quod pronus erat ad malum. Videns
ergo moyses. quod populus ornamentis nudatus esset.
scilicet vel auxilio dei. vel potius ydolatriam quam
longo tempore ante conceperat. tandem manifestaverat.
vel forte videns sibi indicatos adeo sceleris
auctores per pulverem bibitum qui in barbis
eorum miraculose apparuit. stans in porta
castrorum et advocans levitas. ait. Si quis domini est
iungatur mihi. Ponat vir gladium super femur
suum. Transite per medium castrorum. occidat quis
que amicum suum. et fratrem quem scilicet signatum pul
vere invenerit. Et occiderunt ea die. quasi. xxiii. milia.

Alia translatio. habet. xxiiii. De hiis omnibus que dicta sunt
de vitulo tacet iosephus. tamen opiniones eorum de
mora moysi narrat. Alii enim dicebant eum a
bestiis comestum. Alii a domino translatum. Alii sane
mentis cum domino philosophantem. De prece moysi.
Altero die locutus **et minis domini exac**
erbatus est moyses ad populum. Peccastis peccatum maximum.
ascendam ad dominum. si quomodo eum deprecari possim pro vobis.
Et cum ascendisset. ait. Obsecro domine. aut dimitte
eis hanc noxam. aut dele me de libro tuo quem
scripsisti. quod impetu animi non de ratione. Quidam tamen
dicunt tradunt. vel ex magna confidentia in deum. per
impossibile dictum quasi sicut impossibile est. ut me
deleas. sic oro non posse fieri. quin dimittas. Augustinus dicit.
a consequentibus ratiocinationem debere concludi. vel
scilicet quod sequitur premittatur sic. aut dele me. aut di
mitte eis que ponuntur pro equipollentia sunt. quasi
non deles me. dimitte eis. Disiuncta enim iun
git coniunctam. destructo quod antecedit. et manente
quod consequitur. Scribi autem vel deleri de libro vite
dicitur quis dupliciter. vel secundum prescientiam. vel secundum presentem
iusticiam. Cui dominus. Qui peccaverit mihi. delebo eum.
quasi dicat. non te qui non peccasti. Vade duc populum istum.
angelus meus precedet te. Non enim ascendam tecum. quia
populus dure cervicis est. ne forte disperdam te in
via. Tradunt hebrei. quia prius deus ipse custos
eorum erat. Deinceps dedit eis michahelem
custodem eorum proprium. sicut cetere nationes propri
os habent angelos custodes sibi delegatos. Addidit
que dominus. Semel ascendam in medio tui et dele
bo te. Et est comminatio captivitatis babilonice vel
romane. Et nota ascensum dupliciter dici. vel ab in
ferioribus ad superiora. vel ab occultis ad manifesta.
et est sensus. manifestabo me tibi malo tuo. **De**
Audiens **translatione prioris taber**
haec populus luxit. **naculi. cxxv.**
et nullus indutus est cultu suo. Deposuerunt
que ornatum suum a monte oreb. quo commode de priori
tabernaculo intelligitur. quod sibi fecerant. ut ante ipsum
iura tractarent. Quod cum hucusque fuisset in radice
montis. ut propinquus esset domino. voluit dominus a
se illud removeri. et tetendit illud moyses. extra
procul castrorum. et longe a castris. egrediebatur que moyses

ad illos. et plebs stabat in foribus tabernaculorum suorum.
et adorabat procul. descendebatque columpna nubis,
et loquebatur cum moyse euntibus uniuersis fa-
cie ad faciem sicut solet homo loqui ad amicum suum
id est manifeste. Quod moyses uidit posteriora domini.

Dixitque iterum moyses ad dominum. xxxiiii.
Respice populum tuum gentem hanc. Uis
ut educam populum. Indica michi quem missurus es
mecum. Dixitque deus. Facies mea precedet te. Ecce
iam maius impetrauit moyses. plus notatur in facie
est quam in angelo. Sed quia in facie intellexit moyses.
aliquem quasi simillimum deo presenti. addidit. Si
tu ipse non precedes. ne educas nos de loco isto.
Cui dominus. et uerbum quod locutus es faciam. te ipsum no-
ui ex nomine. id est proprie et specialiter michi placuisti. Uocabo
in nomine domini coram te. id est faciam me uocari deum et
ducem uestrum. ex miraculis que faciam. et non ob aliud
nisi quia uolo. quia miserebor cui uoluero. Cui moyses. Osten-
de michi faciem tuam. Cui deus. Non poteris uidere faciem
meam. Non enim uidebit me homo et uiuet. Stabis
in cauerna petre. et transibit coram te gloria mea,
quam quia non sustines. ponam manum meam coram
te. Cumque pertransiero. tollam manum meam et uidebis
posteriora mea. quod ratione similitudinis dictum est. Sic
enim a tergo uisus homo scitur quod homo sit. sed non quis
homo sit. ita deum esse modo scimus. sed quis sit. non
dum scimus. et potuit esse quod in tanta claritate pertransi-
erit deus. quod humanus non sustinuisset aspectus. Et
opposita est nubes moysi. deinceps cum longius
abesset. potuit a moyse uideri. Ad litteram hebrei tra-
dunt. uidisse eum posteriora hominis. et in occipite
quasdam ligaturas. De sedis tabulis et gloria

Et ait deus ad moysen. uultus moysi. xxxiiii.
Precide tibi duas tabulas instar priorum.
et scribas super eas uerba que fuerunt tabule
quas fregisti. In deuteronomio et scribitur deus scrip-
sisse. In sequentibus tamen dicitur. scribe tibi uerba hec et cetera.
Et paulo post. Fuit moyses cum domino. xl. diebus et cetera.
Et scripsit in tabulis uerba federis. x. Potest dici quod
auctoritas scribendi fuit in domino. ministerium in moyse.
Cumque excidisset moyses tabulas. de nocte consurgens
ascendit. et transeunte domino coram eo in turbine.
pronus in terram adorans ait. Obsecro ut graderis

nobiscum. Auferas iniquitates nostras et possideas
nos. Cui breuiter dominus memorauit quedam que
et predixerat de tribus sollempnitatibus. de oblatione
primiciarum et primogenitorum. et addidit. ne cum
gentibus terre aliquod haberet participium. Fuitque
moyses cum domino. xl. dies et xl. noctes. panem non
comedit. et aquam non bibit. Cumque descendisset
de monte cum tabulis. apparuit facies eius cor-
nuta. et ipse ignorabat. id est radii miri splendo-
ris ferebantur a facie eius. qui reuerberabant
oculos intuentium. quos gloriam uultus moysi
appellat apostolus. Posuit uelamen super faciem suam.
cum loqueretur filiis israel. et locutus est eis
omnia quecumque fuerant sibi imperata. Utrum autem
hec gloria durauit. et utrum semel uel pluries ac-
cidit. ignoramus. Tradunt hebrei. quia adhuc ter-
cio ascendit ad impetrandam eis ueniam et eti-
tudinem. et iterum fuit cum domino. xl. diebus et
xl. noctibus ieiunans. Cumque redisset cum cer-
titudine uenie. erat nona dies. vii. mensis.
et in crastino sollempnitatem agentes pro uenia
data. affligerunt animas suas ieiunantes. Et de-
inceps dicta est decima dies mensis huius. dies pro-
piciationis. Quod si est uerum. potest esse quod et eccam ob hoc
institutum dicatur tres in anno apponit quadra-
genas. licet ob hoc institutum dicatur. quia tres
tribus legimus ieiunasse quadragenis. moyses.
helias. ihesus. Siue uero fuit ita siue non. post
secundum reditum de constructione tabernaculi. precepit eis
moyses. que a domino acceperat. et premisit de obseruatio-
ne sabbati. ne forte in hoc opere putarent sibi licere
operari in sabbato. De compositione taber-

Egressa omnis naculi et erectione.
multitudo. obtulit uir uiuum moysi.
mente promptissima quicquid preciosius habuit. et
cum tanta copia. quod compulsi sunt artifices uo-
ce preconis clamare. ne quisquam ultra offerret.
Feceruntque beseleel et ooliab. cuncta que deus fi-
eri et sicut fuerant imperata. et secundum iosephum.
omni tempore ad opus faciendum transiit in mensi-
bus. vii. omne aurum quod expensum est in opere
sanctuarii id est tabernaculi. xxix. talentorum fuit. et d. cc.
xxx. siclorum. ad pondus sanctuarii. Fuerunt preterea

·c· talenta argenti · ex quibus conflate sunt
Quarum · viii · erant in · iiii · tabulis quibus
veli intus dependebat · c · bases sanctuarii ·
de mille autem · dcc · lxxv · facta sunt capita
columpnarum atrii · que vestite erant argento · e
eris vero talenta · dcc · ii · et · cccc · sicli · Obtu
lerunt autem a · xx · annis et supra · dc · iii · et d · l ·
Igitur mense primo secundi anni in prima mense die
mensis · erexit moyses · tabernaculum · operuitque nu
bes tabernaculum · cum lux serena esset · non pro
cellosa · sed lucida · non tamen per quam transiret
aspectus · qualem decebat presentiam dei
et ad nebule elevationem illius · deinceps
movebant castra · ad depositionem deposuerunt ·
et dum stabat super tabernaculum · et ipsi sta
bant · eratque ignis in nocte.

Incipiunt tituli.
Hystoria levitici ·
Incipit liber tercius ·
Precepta mittitur divisio ·
De holocaustis
De sacrificiis et pacificis et salu
taribus ·
De oblatione inanimatorum ·
De hostia pro peccato ·
De peccato sacerdotis ·
De peccato synagoge ·
De peccato principis ·
De igne iugi et electione cinerum
cinerum ·
De peccato anime ·
De igne iugi et electione
cinerum ·
De esu adipis et sangui
nis prohibito
De consecratione summi sacer
dotis et minorum ·
De potestate efferendi eis data
et accipiendi partes ·
De prima oblatione sacerdotum et
igne dato de celum ·
De morte nadab ·
De discretione ciborum ·
De purificatione puerpere ·
De cognitione leprarum ·
De purificatione leprosi ·
De viro spermatico · et muliere
emorroissa ·
De vitula rufa ad propiciandum et cineribus
aspersionis ·
De purificatione immundorum ·
De personis exclusis a matrimonio ·
Cathologus quorundam preceptorum ·
De tribus generibus panum ·
De sanctimonia sacerdotum ·
De pena blasphemorum ·
De talione legis ·
De observantia iubilei ·
De benedictionibus et maledictionibus ·
De decimis et votivis ·
Expliciunt tituli

Hystoria levitici.

Tertia distinctio
hystorie quam scripsit
moyses. Grece dicitur leviticus
quia de electione et in-
unctione levitarum agit. La-
tine offertorius vel sacrifi-
catiuus. quia de sacrificiis et de his que offerebantur
ex lege tractat. hebraice vero. uagecra. quod sonat.
vocavit autem more hebreorum. qui a principiis li-
brorum nominant eos. sicut nos officia missarum
vel evangelia videlicet cum dicimus dominica qua can-
tatur. Populus syon. vel legitur. Erunt signa in sole
et luna. Inchoatur enim liber iste sic. Explicit prefacio. Incipit liber tercius.

Vocavit autem moysen. et locutus est ei
dominus de tabernaculo federis dicens. Homo
qui obtulit hostiam. si fuerit holocau-
stum. et de armentis masculum offeret. pro ut habetur
in hebreo. et ua. enim sonat et iecra. vocavit.
Ad videndum. Premittitur divisio. cap.
Additum de doctrina et oblatione sacrificiorum
que sequuntur quedam prelibanda sunt in hunc modum.
Quinque consideranda sunt hic. sacrificia que deo offeruntur.
persone a quibus offeruntur. Cause pro quibus of-
feruntur. loca ubi offeruntur. tempora. quando offeruntur.
Triplex autem eorum que offerebantur rite occurrit
discretio. Aut enim erat oblatio de animalibus et
sacrificium dicebatur. nec autem octavum diem na-
tivitatis poterat offerri. nec eadem die ¶ Persone a
matre et fetus est. Aut de sicca | a quibus offeruntur.
materia. ut de simila. pane. thure. | cause pro quibus
et proprie dicebatur oblatio. Aut | offeruntur. loca
de liquidis. vino et oleo. que | ubi offeruntur.
proprie libamen vel libatio dicebatur. licet his nominibus
scriptura quandoque indifferenter utatur. Persone vero offerentium due
anima vel sinagoga. Animarum vero. alia sacerdos.
alia princeps. alia privata. de quibus suis locis
dicetur. Similiter de locis. temporibus loco suo. Cau-
sarum quoque triplex erat differentia. Offerebant enim
quandoque necessario. quandoque sponte. quandoque casu. Necessario
autem vel ex voto. vel ex precepto. Sane ex precepto
offerebant primicias frugum uvarum fructuum.

Decimas quoque eorundem. et insuper animalium. primoge-
nita quoque animalium et liberorum oblationes etiam
tum sollempnitatum. etc. in hunc modum. Mel
enim et fermentum numquam offerebatur domino.
tamen primicie eorum temporibus suis offerebantur sacer-
doti. sed nichil ex his super altare ponebatur.
Communiter autem in nullo sacrificio sal deesse debe-
bat. et ideo dicebatur sal federis. quia non erat
fas hoc transgredi. Porro secundum ordinem libri a sac-
rificiis inchoandum est. De holocaustis.

Sacrificiorum alia holocausta. alia sa-
crificia. et primo de holocaustis inde
amus. Holocausta dicebantur illa sacrificia
que tota incendebantur. holo. enim totum. cauma
incendium dicitur. Fiebat enim in tribus tantum. de arme-
tis et pecudibus. Scilicet tantum de ovibus et capris et
in avibus. Scilicet tantum turture et columba. De ar-
mentis et pecudibus sic. offerebatur tantum mas-
culus et anniculus. scilicet unius anni. vel citra. Super
annum non. Unde quandoque agnus. quandoque aries.
appellatur. Bos enim super annum poterat
offerri. ut ait iosephus. Erat quoque immaculatus.
quod non de macula vellis. sed corporis intelligitur
est. id est non debile aut fracto membro aut papulas
habens. aut scabiem. aut cecum. et huiusmodi. Of-
ferebatur quoque primo sacerdoti ad hostium atrii. ut
videretur si ydoneus esset ad offerendum. Post ad
hostium tabernaculi. offerebatur domino per manuum in-
positionem. Super caput lotis prius manibus quia
propter mare sacerdotum. erant in atrio duo
maria. unum virorum. alterum mulierum. Unde et
a loco offerendi ab hebreis hostia dicebatur.
Gentiles enim ab hostibus vincendis hostiam
et a victis victimam consueverant appellare.
Victimam vero hebrei a vinciendo dixerunt.
quia victum adducebatur. Aliter. Oblatam sic
hostiam reducebat sacerdos ad altare holo-
caustorum. et stans ad aquilonem immola-
bat eam coram domino ad latus altaris. id est
in conspectu sanctorum. id est sanctuarii. scilicet prope partis
tabernaculi. Fundebatque sanguinem eius circa
crepidinem altaris in circuitu. De-
tractaque pelle hostie que erat sacerdotis.

artus in frusta conci | Hebreus hic
debat. quibus lotis cum ca | pictorem. Josephus
pite et pedibus et intesti | lumbum. forte la
nis adolebat omnia su | bium. supereminens
altare in holocaustum et odorem suavem domino.
Nec est credendum quod in nidore carnium delecta
retur dominus. sed potius in re signata ut in passione Christi
Ihesu. et devotione offerentium. Si vero de avibus
fiet holocaustum. fiebat sic. Sed cum duo offerun
tur decimum est primo hoc de istis. postea sacerdos. quando
ab homine offerebatur avicula. tacet forte
eodem modo. quando et pecus. forte tamen sacerdoti. Offe
rebatur autem pullus turturis vel columbe cuius
frangebat sacerdos collum sola manu. Non enim
licebat ferrum levare super aram. et retorto ca
pite sub ascella ungue cutem colli ubi
fractum erat. rumpebat. et fuso sanguine
contra crepidinem altaris vesiculam gutturis.
et plumas proiciebat ad orientem in loco secreto
ubi cineres effundebantur. Confractisque ascellis
manibus. adolebat eam super altare in holo
caustum. et hec erant minora et simplicia
holocausta. que voluntarie fiebant. Erat
enim quedam maiora quedam necessitate facta.
que et sciora. quedam minora. quia totum incendebatur
et pellis et fimus de quibus post dicetur. quedam
minus digna. quia super altare non cre
mabantur. Nunc de sacrificiis particularibus prose
quamur. et voluntariis. De sacrificiis

Hostiarum et pacificis et salutaribus.

Hostiarum quedam erant pacifica. quedam saluta
ria. que scilicet pro salute danda vel data vel conser
vanda offerebantur. Similiter et pro pace. vel ad deum
vel ad homines. vel que ad modum pacis fiebant.
cum cuique quod suum erat dabatur deo et sacerdoti of
ferenti. Fiebat autem cum erat de animalibus. de
armento tamen et de pecudibus predictis. de
avibus vero non. Sane in modo offerendi ab ho
mine vel sacerdote idem fiebat cum hostia ho
locausti. sed in hoc erat differentia. quia hic offe
rebatur masculus vel femina vel anniculus. quan
doque tamen immaculata. Pars vero hostie offe
rebatur domino. pars erat sacerdotum. reliqua
offerentium. De arvina hec offerebantur domino. Omnis adeps
que est pinguedo interior offerebatur. pinguedo enim
super carnem. arvina vel lardum dicitur. que carni ad
iuncta. proprie pinguedo. que intestinis. adeps.
Est autem triplex adeps vitalium. id est cordis et ventris.
adeps iecoris. id est epatis. quem reticulum dicimus. quia
involuitur ad modum retis. Adeps renum. hos tres
adipes duosque renes. id est ylia et reniculos. adole
bat sacerdos super altare. eadem et de capra domino
offerebantur. Si vero de ovibus erat oblatio preter dicta
offerebantur de ea cauda integra. secundum lumbum vo
catur. lxx. Pellis vero erat sacerdotis qui offerebat
illum. Armus vero dexter qui dicebatur separationis.
et pectus quod dicebatur elevationis. et quare sic dicebantur
infra dicetur. cedebant in usus sacerdotum et lingua
cum faucibus ut tradunt vel tradunt. sed in textu non me
mini me legisse. forte pectori adherebant. quod
tere ab animali tollebantur. Hoc sufficit nobis ad
tus. Et his vescebantur sacerdotes in domibus suis
cum uxoribus et liberis et domo tota mundis tamen. Et
que in domibus immolabant causa epuli. quod scilicet fit
amicis. vel religionis. pectus et armum dabant.
reliqua erant offerentium. et ipsi epulabantur coram domino
in locis scilicet ad hoc deputatis. in ipso atrio. vel in ... Ede
bat et ex his tam sacerdotibus quam alius eadem duo
diebus. Siquid supererat in diem tertium cremabatur.
Et nota quod nullum aliquis offerebat vel in holocaustum
vel sacrificium sine libaminis suis. Sed de libaminis
plenius erit infra tractatus. De oblatione si

Si vero manus **animatorum**.
hominis animal invenire non poterat. of
ferebat pro salute vel pro pace similam. farinam scilicet
delicatissimam. fundens super eam oleum. et dicebatur
simila oleata. vel oleo ferminata. et thus offerebat
cum ea. Sacerdos autem tollebat thus et pugillum plenum simile
oleate adolebat super altare memoriale. id est in me
moriam offerentis. ut scilicet dominus memor esset eius. Vel
sacerdos ad deum. Reliquum erat sacerdotum. Tradunt
hebrei non semper plenum pugillum offerri. sed pro quantita
te simile minus poterat offerri. in tantum quod etiam
impleto pugillo omnes digitos poterat aperire.
sacerdos. preter modicum. et illud tantillum quod rema
nebat inter digitum et volam. sufficiebat. Jose

inter

post draginam unam offendam dicitur. Si vero sacrificium
de simila coctum offerebat panes sine fermento
conspersos oleo. coctos in clybano. vel in craticula
offerebat. et lagana azima .i. latos panes et
tenues non conspersos. sed litos oleo. Quidam tamen per
lagana panem coctum in aqua intelligunt. vero
tertium genus panis accepto in clibano et cocto in
craticula. Si vero coctum in sartagine offerebat
conspersum oleo et sine fermento erat. et dividebat
eum minutatim. Ex his oblatis sacerdos memori
ale adolebat coram domino de panibus. unum et
frustis unum. Reliquum erat aaron et filiorum eius
ad edendum cum omni domo sua. et equa forte
dividebatur. In hebreo. preter clibanum tria ponuntur
marthesat. mahebath. michar. Marthesat so
nat consiliator. quod sartagini convenit propter stridorem
et susurrium fervoris. Michar. rete vel cribrum
Maebath scaturiens forte potest esse patella in qua
coctio fit liquida. Possunt esse tria species sacrificii
a salutari et pacifico pro gratiarum actione. vel pro vic
toria. scilicet vel aliquo bono eventu inopinato. et pro
dici [illegible] casu. [illegible] omnia hec sacrificia indifferenter se
pe dicuntur pacifica vel salutaria. De hostia pro

peccato.

Post has salutares hostias
precepit dominus de hostiis pro peccato et pro delicto.
Dicitur autem peccatum generaliter .s. quod industria fit. De
lictum quod delictum est fit .s. quod levius est exigitaria vel pec
catum fit quod faciendum non est. delictum quod delictum
cum non fit quod faciendum est. Delictum quoque specialiter peccatum in
divina .i. in sanctificata dei. hoc est delinquere .i. divina relin
quere. vel delictum cognitum peccatum. et iuxta personas pec
cantium erat diversitas sacrificiorum. De peccato sa

cerdotis. aaron.

Distinguuntur autem hic
quatuor persone. Sacerdos. synagoga .i.
populus. princeps. anima. Si igitur sacerdos qui unctus
erat peccaverat delinquere faciens populum. faciebat que
sequuntur. additum est qui unctus. non quod omnes inuncti
essent. sed ad differentiam illorum qui cum essent de genere sacer
dotum propter maculam corporis non inungi poterant. nec
ministrare. quod et additum est. faciens populum peccare.
forte generale est. quia peccatum cuiuslibet sacerdotis. vel quodlibet
trahitur in exemplum. et est dictum ad exaggerationem
peccati. et specialiter dictum est. cum scilicet verbo. vel quo alio in
quo

populum ad peccandum provocavit. vel sane sic in he
breo habetur. Si sacerdos qui unctus est pecca
verit ad culpam populi .i. ita vilis et aperte. quasi
unus de populo quod valde indecens est. tunc in quo
offerebat pro suo peccato per manus impositionem. ad
hostium tabernaculi vitulum immaculatum et coram al
tari immolabat eum. hauriensque de sanguine
inferebat illum in tabernaculum. et intingens in eo digi
tum. aspergebat illum septies contra velum sanctua
rii. et de eodem ponebat super cornua altaris
incensi. et effundens reliquum sanguinis funde
bat circa crepidinem altaris holocausti. et omnem adi
pem cum renibus et reticulis adolebat super
altare. Sic et de vitulo hostie pacificorum. pel
lem vero et omnes carnes cum fimo et effere
bat extra castra in locum mundum ubi ci
neres effundi solebant. et incendebat ea su
per struem lignorum. De peccato synagoge.

Quod si omnis turba per ignorantiam
peccaverat. quod contra mandatum domini est.
offerebant et seniores populi ad hostium tabernaculi. per
manuum impositionem vitulum. et fiebat de hoc
vitulo sicut de priori. pro peccato sacerdotis. et orante
pro eis sacerdote. propitius erat eis deus. In duobus
tamen hic innuitur differentia inter peccatum sacerdotis
et populi. quia .s. sacerdos non debet peccare per igno
rantiam. Non enim licet ei ignorare manda
tum domini. Item quia non legitur quis orare pro sacerdote
quia si percussus fuerit incantator a serpente quis
medebitur ei. Ecce patet differentia inter holocau
sta hec. et predicta .s. que fiunt pro peccato sacerdotis vel
synagoge. et predicta .s. pacifica et salutaria.
quia hec .s. pro peccatis sunt necessaria illa voluntaria.
quia ex his nichil erat sacerdotum. totum domino
cremabatur. neque interiora istorum cum capite
pedibus et intestinis lotis ponebantur super altare.
Generalis enim erat regula. quia de cuius sanguine
inferebatur in sanctuarium. nichil ex eo licebat
remanere. nec aliquid ex eo super altare adoleba
tur nisi adeps cum renibus et reticulo suis.
In aliis vero offerendi et non sacerdotum offerentium
erat differentia. De carnibus enim holocausti salu
taris. fiebant .ix. partes quas super altare

ponebant. ix. sacerdotes. quisq suam. iiii or uero
.iiii. simul offerebat. s. cap et pedes. uentri-
cem intestina. lota aq. duo uero sanguinem offe-
bant. ut omnes simul essent. xiii. **De pecco principis.**

s. Si peccauit princeps. qui et tribunus uel tribun-
us per ignorantiam. et post intellexerit peccatum suum p
paluu se uel parum offerebat ad hostium. ta. per manus in
ponem. hyrcum immaculatum. Quo immo-
lato. tingebat sacerdos digitum in sanguine quo
tangebat cornua altaris ho. reliquum fun-
dens ad basim eius. et adolebat adipem. renes
et reniunculos. Reliqua erant sacerdotum. Et quia
erat hostia pro peccato. et de sanguine eius tincta
cornua altaris ho. carnes eius erant sancte.
Inde est quod minimum aque benedicte sanctificat
copiam sibi admixtam. et sanctificabant ea tacta.
sed non quelibet. immo igne suo caro carnem.
Simula simulam. panis panem. et non uescebantur
eis nisi sacerdos uictus et mundus. et non nisi in loco sancto.
et non nisi ea die. qua offerebantur. Si quid residuum
esset. igne comburebatur. Si uestis polluebatur
eius sanguine. abluebatur. ut nullum remaneret
in ea sanguinis uestigium. alioquin urebatur.
Vas testeum in quo coquebatur caro statim
frangebatur. ereum defricabatur et laua-
batur aqua. **De pecco anime.**

c. IIII Quum autem peccabat per ignorantiam anima
de populo terre. offerebat capram immaculatam
eo modo quo alii uel agnum. et fiebat de hac
hostia eodem modo quo et de hyrco principis. Si
autem non poterat manus eius inuenire pecus.
offerebat duos pullos turturis uel columbe.
quorum alter offerebatur domino in holocaustum.
alter erat sacerdotum. cuius tamen sanguis ad
fundamentum altaris ho. distillabatur. quia
pro peccato erat. Et si nec auiculas poterat inue-
nire. offerebat simila decimam partem ephi.
nec mittebat
ineam olim. aut
thus. quia pro
peccato erat. et
memoriale sacerdos adolebat super altare. re-

[In eo quod in missa pro mortuis
non cantantur laudes. scilicet gloria in ex-
celsis. et alleluia. que significant olim. sic
missa significat sacrificium.]

liquum ipse habebat sacerdos in munere. **De igne iugi**
Tunc locutus est **et erectione cinerum.**
dominus ad moysen. Ignis semper in altari ardebit. quem
nutriet sacerdos. subiciens mane ligna per singulos
dies. et erit ignis in eodem altari. ubi non aliunde suc-
tus apponetur. Cum uero cineres superhabunda-
bant. induebatur sacerdos. iiii or. uestibus sacerdotalibus
quas prediximus. et tollens cineres de altari. repo-
nebat in peluim iuxta altare. et depositis uesti-
bus sanctis. induens quasi alius. forte ad hoc destinatus
uel suis propriis. cineres efferebat extra castra. et
in loco mundissimo usque ad fauillam faciebat
consumi. Hec de oblationibus dicta sufficiant hic. Immu-
nis de oblationibus. vii. legalium festorum legitur.
Hoc addendo **De esu adipis et sanguinis**
quod omnis adeps **ne prohibito.**
domini erat iure perpetuo. nec adipem nec sanguinem
omnino comedetis. quod intelligitur de animalibus oblationi
sancte assignatis. tamen propter illud uidentur ab omni a-
bstinebant. Sed uel dominus
quod dominus adipem qui debet
offerri in esum eius prohibuit
et nominatim adipem bo-
uis. ouis et capre. Adipem
uero morticinii uel a bestia
a occisi. concessit eis in us
uarios. scilicet uel ad lucernas. uel
unctiones extrinsecas. Uel ergo
faciunt de adipe animalis
mundi non oblati. nec morticinii. nec a
bestia capti uel occisi. Si dominus est forte percutit u-
dant alienigenis ad edendum. Sed quomodo hi uel illi
faciunt de illo. Sic dominus est prohibuit et de omni
esu sanguinis. Josephus ait. quia animam et spiritum in
esse moyses putauit. In quo esus suffocati intel-
ligitur prohibitum. Intantum prohibuit esum san-
guinis. quod et auem uel feram. aucupio uel uenatione
captam uoluit fuso sanguine in terra. et operiri co-
medi. et addidit. Omnis enim anima in sanguine est.
Tunc precepit **De consecratione summi sacerdo-**
dominus moysi. ut iniciaret **tis et minorum.**
aaron et filios eius in sacerdotes. et tunc quidem
omnes filii aaron consecrati sunt. sed non omnes

[Nota quod sic quod
sunt augustinum tunc
uidentur comedunt
adipem mundi animalis.
Sed quod offerri non licet
ceruorum. damularum.
hi. adipem qui sole-
bat offerri non edunt
sed habent in uarios u-
sus ad modum adipis m...]

pertica de genere ipsius. cecus enim et claudus. si grandi
vel parvo aut torto naso. si gibbosus aut
herniosus. si iugem scabiem habens. vel impetigi-
nem de semine aaron erat. non poterat ministra-
re. nec intrare sanctuarium. vescebatur tamen panibus
qui offerebantur in sanctuario. Tulit ergo moyses iuxta
preceptum domini. aaron et filios eius. vestesque sanctas.
et oleum unctionis. vitulum quoque et arietes duos. et
canistrum cum tribus generibus azimorum. torta scilicet pa-
nis que collirida dicitur. lagano et crustulo. est
autem crustulum panis. qui fere in crustam indu-
ratus est. Et congregavit omnem multitudinem ad
hostium tabernaculi. In electione enim pontificis assensus
desideratur plebis. Tradit autem iosephus quod aliquos
prius inclinavit ad sacerdotium aaron in hunc
modum. Dixit enim. quia se ipsum dignum sacerdotio iu-
dicavit. tum propter familiaritatem quam habebat cum
domino. tum quia plurimum pro populo laboraverat. tum quia
quisque ultro amicus sui est. Sed dominus digniorem aa-
ron iudicaverat. Tunc ergo placatis populis. obtulit
domino aaron et filios eius. Cumque lavisset eos aquis
fontium. et aaron sacerdotalia induisset. vestivit
eum moyses septem aliis vestibus quas posuimus. Fuditque
et super caput eius oleum unctionis. unxit caput eius
et manus. ita quod per barbam stillavit oleum.
usque ad horam vestimenti eius. Filios autem vestivit
lineis et balteis eos cingens. imposuit eis mi-
tras et manus eorum oleo sanctificavit. linivit quoque
tabernaculum oleo sancto. cum omni supellectili sua.
Cumque aspersisset utrumque altare septies aquis. unxit
illud et omnia vasa eius. labiumque cum basi sua sancti-
ficavit oleo. **De parte eis data efferendi tamen**

Obtuleruntque aaron et filii eius pro peccato. **primi presbiteri.**
vitulum pro peccato suo super caput eius manus
imponentes. Quem cum immolasset moyses. tinxit
digitum in sanguine et tetigit ex eo cornua al-
taris per gyrum. et fecit de eo que de vitulo pro
peccato sacerdotis facienda prediximus. obtulerunt et
arietem in holocaustum. hostiam scilicet salutarem. et
fecit moyses de eo sicut de holocaustis salutaribus
sicut preceperat dominus. obtuleruntque per manus impositionem
arietem secundum hostiam scilicet consecrationis ipsorum. Quem
cum immolasset moyses. sumens de sanguine tetigit ex-
tremum auricule dextre eorum. et pollicem manus dextre.
similiter et dextri pedis. reliquum sanguinem fudit
super altare per circuitum. Adipem vero omnem et
caudam. renes quoque cum renunculis. et armum dex-
trum separavit. Tollensque de canistro colliridam
unam. et laganum unum. et crustulum unum. omnia
simul tradidit aaron et filiis eius. quasi diceret. Accipi-
te potestatem sumendi hec a populo. quedam ad offerendum
domino. quedam ad usum vestrum. Qui cum tenerent
ea in manibus supposuit omnibus moyses. pontificalem
unde elevationis vocatum est. quia omnibus supposita
fuit. In signum tamen quod superior est omnium sapi-
entia. Et pro elevatione offerentium legitur sic vo-
catum. In pacificis enim et salutaribus. armum
et pectus prius elevabant offerentes coram
domino. et postea tradebant sacerdotibus sicut partes
eis assignatas. Armus vero dexter dicebatur
separationis. quia in separatione membrorum hostie.
primus ab ea separabatur. Et quia in partem sacerdotum se-
paravit illum moyses. tamquam ceteris membris digniorem.
Tradunt enim quidam quod formatio corporis animalis
in utero matris ab humero dextro inchoatur. Te-
nentes ergo filii aaron omnia hec in manibus. ele-
vaverunt ea coram domino. et tradiderunt ea moysi.
qui omnia adolevit domino super altare. eo quod
oblatio consecrationis esset. Assumensque ungue-
ntum. et de sanguine qui erat in altari ad-
miscens aquis fontium aspersit eos. et super ea
vestimenta eorum. Cumque sanctificati essent in hunc
modum. reliquas carnes arietis coxerunt
ante fores tabernaculi. et ibi comederunt eas cum panibus
qui residui fuerant in canistro. Et in crastino
quicquid fuit ex eis. ignis assumpsit. In eundem
modum iteravit singula que diximus. Moyses
septem diebus tamen non vestivit eos. quia semel indu-
ti septem diebus non deposuerunt vestes suas sanctas.
nec de atrio tabernaculi sunt egressi. Quidam tamen tradunt prima
die omnia ut diximus fuisse persecuta. et septem
diebus consecrationis sequentibus oblationes cotidie itera-
tas. sed non unctiones. Iosephus dicit omnia sicut
et in prima die sequentibus fuisse prose-
cuta diebus. **De prima oblatione sacerdotum**
et igne dato de sublimi.

VIII

Octavo autem die. denuntiavit moyses. populo sollempnitatem in qua sacerdotes consecrati offerre inchoarent pro se. et pro populo. In precedentibus enim .vii. diebus vicem sacerdotis fungebatur moyses. et acceperat ab aaron et filiis eius. que post ea accepturi illi erant accepti. et ministrabat altari. In viii. die aggressi sunt ipsi ministerium ad quod fuerant ordinati. et moyses cessavit. Et tradunt quidam diem hunc octavum fuisse primam diem anni secundi quo egressi sunt. Et cum obiciatur eis quod prima die anni secundi ut dictum est super tabernaculum erectum. aiunt erectionem dici consummationem (vel confirmationem) consecrationis eius. Preceptique moyses. ignem tremuum amoveri ab altari. quo usque efficiat his diebus quia ea die appareret eis dominus. congregatisque filiis israel primo obtulit aaron pro peccato suo vitulum cuius adipes renes et renunculos imposuit altari. igne non supposito. Reliqua combussit extra castra. Immolavit et pro se hostiam salutare arietem in holocaustum. et imposuit altari. sed sine igne. Deinceps oblatis pro populo suscepit ab eis hostias .v. vitulum pro peccato populi. hyrcum pro peccato principis. agnum pro peccato anime. bovem in holocaustum. arietem pro pacificis. vel in immolatione. non nisi tres dicitur immolasse. hyrcum pro peccato populi. bovem et arietem pro pacificis. forte quia prius ea nominavit. pro brevitate alia tacuit. et quia separatum de peccato synagoge principis tale non agebat ut prius. Quodlibet tamen pro peccato populi potuit dici oblatum. Augustinus tamen improbat literam que dicit .v. tamen scripta. et dicit cum lxx. .v. sumptum agnum anniculum in holocarposim. quod sonat holocaustum fructuosum. dicebatque holocarposis holocaustum rationale quod dominus aliquo signo visibili ostendebat sibi gratum esse. Cum autem imposuisset ex his aaron super altare que adolenda erant domino. separavit de pacificis partem suam. armos dextros et pectora et extendens manum benedixit populo. Et ingressi moyses et aaron tabernaculum et egressi tamen benedixerunt populo. et cum essent oblata super altare. et esset cum eis matutinum iuge sacrificium. egressus ignis a domino. devoravit que erant super altare. Et servatus est igne iste perpetuo usque ad transmigrationem babylonis. nec licuit deinceps ignem in altari apponere alienum. De morte nadab.

Eadem die nadab et abiu arreptis thuribulis ignem imposuerant alienum. desuper incensum offerentes. Egressus quoque ignis a domino. vel ille qui iam erat in altari. vel alius itum veniens de sublimi devoravit. id est extinxit (cocta) eos. Et ait moyses ad aaron. Hoc est quod dixit dominus. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi. id est in his qui mihi ministrant. apparebo sanctus. non parcens peccatis eorum. Vocatisque misahelem et elisapham cognatos eorum. et ait illis. Tollite fratres vestros extra castra. et exportaverunt eos sicut erant induti lineis tunicis. et sepelierunt eos. Ita et ministri altaris sepeliuntur induti vestibus ministerii sui. Cum autem aaron et reliqui duo filii eius plangere vellent fratres suos more solito. prohibuit moyses dicens. Oleum sanctum est super vos. nolite capita vestra nudare. vestes nolite scindere. ne forte moriamini. Non exibitis fores tabernaculi. Tradunt iosephus alii dicentes. Quia portarent hostias super aram quas non preceperat dominus sed quibus prius utebantur. subito inflammati. nec valuit quisquam eos extinguere. Iussitque moyses patrem eorum et fratres portantes corpora extra castra congruo honore sepelire. Dixitque moyses. aaron et filiis eius. ut tollerent partes suas de hostiis salutaribus et oblata pro peccato. quorum sanguis non est illatus in tabernaculo. ut comederent ea. Et cum quererent hyrcum oblatum pro peccato principis exustus inventus est. Cumque super hoc iratus moyses argueret aaron et filios eius. excusavit se aaron dicens. Michi accidit quod vides quasi ex turbatione animi factum est hoc. De discretione ciborum.

Precepit dominus moysi et aaron. ut traderent filiis israel legem de discretione ciborum. Dilataverat enim dominus cibos homini concessos. et artavit propter castrimargiam eorum. cuius summa sic comprehendi potest. Animalium. alia vivunt in terra. alia in aquis. alia in aere. Item que in terra. alia reptilia. que omnia immunda. alia latentia ut talpa. que de limo nascitur. Et hec omnia immunda. Alia gradientia super terram. De his generalis est regula. Mundum tamen est quod ruminat et

q. fundit ungulam.

fundit unguentum. De piscibus quod generalis est regula. Mundus est tamen habens squamas et pinnulas. De avibus nominatim expressit que immunde essent. Hi tamen generaliter de avibus dictum est. Volatile quod graditur super .iiii. pedes immundum est, nisi crura retro habuerit longiora, super que saliat. Tangens morticina eorum lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum. Et si necesse fuerit ut portet quis aliquid eorum mortuum. Super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur tam vas ligneum quam quelibet vestimentum. Ad vesperam aqua mundabuntur. Vas fictile intra quod ceciderit frangetur. Clibani vel cytropedes, quos strapeas dicimus, destruentur. Fontes vero et cysterne et quelibet maria et sementis nondum seminatum granum tactu eorum non polluuntur. De purificatione puerpere. xxx.

Addidit quoque ad legem purificationis mulier talem. Si mulier peperit masculum, immunda erit .vii. diebus iuxta dies separationis menstrue, id est eidem immunditie iudicabitur cui est cum separatur a mundis que patitur menstruum. Interim enim immunda est, quia quicquid tangit reddit immundum, cibum, lectum, vestem. Unde non licet communicare ei, nec in lecto, nec in cibo. Octavo die circumcidebatur puer. Post .vii. inquinationis manebat .xxx.iii. diebus in sanguine purificationis sue, ut ita omnes dies purificationis sue fierent .xl. quia tot diebus dicunt physici carnem masculi formari in utero. In purificatione vero .xxx.iii. dierum licebat ei surgere in domo deambulare, sed non egredi et apparere, et tangendo non polluebat. Et licebat aliis communicare ei in sede et cibo et non in lecto. Accedere vero ad tabernaculum non poterat nisi expletis .xl. diebus. Si vero pareret feminam, duplicabantur ei dies inquinationis, et postea dies purificationis, ut simul fierent .lxxx. quia tot diebus formatur femina in utero. Expletis vero diebus purificationis offerebat pro filio vel filia agnum anniculum in holocaustum et pullum columbe vel turturem pro peccato suo, quia in libidine conceperat, et erat sacerdotis. Quod si non poterat manus eius invenire agnum offerebat duos turtures vel duos pullos columbarum, alterum in holocaustum pro puero, alterum pro peccato suo vel pro originali filie, quia filio in circumcisione dimissum erat. Hebrei tamen non habent pullos pecunie reddunt preter hoc dicit Iosephus primogenitum redimunt .v. siclis. De cognitione leprarum

Legem quoque lepre tradidit eis dominus. Sunt autem .iiii. genera lepre sicut inter in carne, in veste, in domo. Lepra cutis cognoscitur. Si fuerit in ea albor, id est pallida albedo vel pustule vel cicatrix maxima. Si fuerit alba vel subrufa. Ita quidem si locus lepre humilior sit carne reliqua, vel si mutati fuerint capilli in candorem et solito tenuiores. Lepra vero in capillis allopicia dicitur fluentibus sane capillis si in calvitio vel recalvatione albus vel rufus color inventus fuerit, plaga lepre est. Adducto itaque leproso ad sacerdotem sine cuius arbitrio non excludebatur. Si lepra nondum perspicua ei fuerat, recludebant eum in domo sua .vii. diebus. Quibus expletis si non creverat lepra, iterum recludebat eum aliis .vii. Quod si nec tunc lepra creverat, mundabat eum, id est mundum iudicabat, quia scabies erat. Et lavabat homo vestimenta sua et munda erat. Cum vero perspicua erat lepra, separabatur ad arbitrium sacerdotis. Et habebat vestimenta dissuta, id est facilia ad induendum vel exuendum, vel solam vestem extrinsecam, ut sic cognosceretur. Et caput nudum ut posset agnosci. Et os veste contectum, ne fetorem loquendo diffunderet. Et habitabat solus extra castra, ita ut amortuo vix differre videretur. Pater dicat Iosephus illos irrisibiles qui dicunt Moysen lepra fatigatum et similiter multum electorum fecim ducem venisse in Cananeam cum eis cum ipse quoque in iniuriosos contra leprosos lex tulit sit, qui tunc maxime minia indigebat. Lepra vero vestis linee vel lanee vel pellis erat macula albida vel rufa humilior superficie reliqua, quia corrosiva est. Que cum apparebat considerabat eam sacerdos. Si perspicua erat lepra comburebatur vestis. Si dubia, recludebatur .vii. diebus. Si creverat macula

Calvicium est ut dicit Radulphus signum levitatis, ambitus capitis recalvatio, anticipium tamen.

de egypto .c.

adiudicabatur lepre. Si non creverat, abluebatur
vestis et recludebatur aliis .vii. diebus. Si ad
huc dubia erat, rumpebatur illud a solido.
Si tamen iterum alibi macula apparebat, lepra vo
latilis erat, et comburebatur vestis. Si vero si
milis macula corrosiva apparebat in domo, pri
us precipiebat sacerdos omnia de domo efferri
considransque valliculas impietate pallore vel ru
bore deformes et humiliores superficie reliqua,
claudebat hostium domus .vii. diebus. Post
sim venit cuisse lepram. iubebat erui la
pides leprosos. et proici extra civitatem. et domum
radi intus per circuitum. et pulverem rasure spargi
extra urbem in loco immundo. et alios lapides
substitui in domo. et luto alio liniri domum.
Quod si iterum redierit macula, lepra perseverans est
et destruetur domus et ligna et lapides. et
pulvis extra oppidum proicietur in locum immundum.

XIIII Quod si leprosus De purificatione le
mundabatur. revocabatur prosi.
communione habitationum sic. veniebat ad in
troitum castrorum vel oppidi. habens secum duos
passeres vivos. quibus licitum erat vesci. lig
numque cedrinum et ysopum. et vermiculum filum
scilicet coccineum et aquas viventes in vase fic
tili. et occurrens ei sacerdos. immolabat pas
serem unum. Stillansque sanguinem super aquas.
alium que ligans vivum filo coccineo cum ysso
po in summitate ligni cedrini. quod faciens
aspersorium. tingebat illud in aquis rubrica
tis. aspergens hominem septies. dimittebat
que passerem vivum avolare in agrum. Cum
que lavisset homo vestimenta sua. radebat omnes
pilos corporis. et lotus aqua. ingrediebatur
castra. ita dumtaxat. ut maneret extra
tabernaculum .vii. diebus. Iterumque die .vii.
rasis omnibus pilis corporis. et superciliis. lo
tisque vestibus et corpore. die octava tollebat
duos agnos immaculatos et ovem anniculam
et tres decimas simile conspersa oleo. et
olei sextarium. et offerebat omnia ad hostium
tabernaculi. Tunc sacerdos immolabat agnum unum pro
delicto et sumens de sanguine ponebat super extre
mum auricule dextre hominis. et super pollices ma
nus dextre. et pedis dextri. et de olei sextario
mittens in manum suam sinistram. et tingens pol
licem dextrum in eo. aspergebat septies contra taberna
culum. reliquum olei quod erat in sinistra fundebat
super extremum auricule dextre hominis. et super polli
ces manus dextre. et pedis dextri. id est super sanguinem,
qui prius infuderat. et super caput eius. et rogabat sa
cerdos pro eo faciens aliquam specialem ad hoc institutam
orationem. et faciebat post sacrificium pro peccato. et post
immolabat holocaustum cum libamentis suis.
ponens in altari. Et nota quod hic proprie distinguitur
sacrificium pro delicto. cuius sanguine linitus est homo.
et sacrificium pro peccato pro quo nichil et factum est. Unde Ra
mor. dixit hic quod distinguens ita pertinere ad sacer
dotem hostiam pro delicto. sicut pro peccato. Cum autem
distinxisset agnum pro delicto. nec distinxit quod aliorum
pro peccato. et holocaustum fiet. innuit in arbitrio
sacerdotis esse de agno et ove. ut alterum pro peccato. al
terum holocaustum faceret quod vellet. Quod si manu eius
hoc invenire non posset. agnus tamen pro delicto. et
olei sextarium non minuebatur. quia et his purifica
batur homo ut prius. Sed pro ove et agno reliquo of
ferebat par turturum. aut duos pullos columbarum. Quorum unum pro
peccato. alter in holocaustum fiebat. et decima simi
le oleate in sacrificium. De viro gomorrhaico et mu
Deinceps addidit: liere emorroissa.
dus de viro paciente fluxum sanguinis vel
seminis. qui tunc iudicatur, huic vicio subiacere.
si per momenta singula adhesit carni vel et
nit fedus humor seminis. quod licet nolens effudit
ex corruptione. talis immundus. immundum reddebat quod
tangebat. lectum suum. vestem suam. sedem. et sag
ma. super quod sedebat. id est straturam [sellam] asini. Vas fic
tile quod tangebat frangebat, ligneum lavabatur.
Qui tangebat lectum eius. vestem aut sedem.
vel super quem ipse salivam iaciebat. lavabat vesti
menta sua et erat immundus usque ad vesperam. Cum
autem sanatus fuerat. numerabat .vii. dies post mun
dationem suam. et lotis vestibus et corpore. in aquis vi
ventibus. mundus erat. Die autem octavo offerebat
par turturum. aut duos pullos columbarum. et faciebat sacerdos alterum
pro peccato. et alterum holocaustum, eadem lex erat in

mūdicie et pificatōis. De mulire paciente f.
fluxū sanguīs ex morbo. Simulr eide īmū
dicie erat mulr mstruata. s; nō pificabatur
sollēpnit. Suffiiebat ei ipam cū uestibz ab
lui. Morbide enī in mūdicie. p pccō solent
accide. 7 idō p eis et p pccō 7 salutare offē
batur. 7 nō p menstruo. qr nāle ē. Et nota
qr accedente ad mstratam dic hic īmundu.
7. vij. diebz ei pificatōm concedit. q de ig
rant accedente intelligendū ē. Infra utrūqz
pimd esse dicit. q dēm ē. Si fiat ex īdustria.
Nec mir. qr 7 legittime 2gnoscente uxorē.
uoluit dns lauare uestem 7 omē corpus. 7
eē īmundū usqz ad uespū. 7 de uxore eodem
modo. De uitula. R. apopomico 7 arietibz

XVI Tem locut ē dns ad moy. aspsionis.
Loqre ad aaron. ne omī tpre ingdiatur scūa
riū q. ē int uelū. ne moriat. quia ī nube ap
parebo sup oraclm. nisi fecit h que secuntur.
Non ē intelligend ut quociens uellet intrare. facet
h et intraret. s; tm. x. die septēbris intrat.
tm pus h facet. Het dies erat sollepnus in
isrl. et dicebatur ppiciatōis pp cām pdcām.
u'l qr agebatur ea die cius expiatōis. sic
dies ionis scā. qua scm. clima conficitur. et
p pccis totius anni 2minibz. ul' igratis ea
die fiebat oblo. Dicebatur 7 afflictionis. qr
ea die ieiunabāt homīes 7 iumta. 7 pueri
septēnes. 7 agebatur ea die memoria mor
tuor. Dicebatur 7 dies expiatōis. qr ea
die pificabatur totum. ta. 7 altaria p san
gūis aspsionē. a contagiis q contraxit p an
nū. ex pccis ministrantiū. Ea die tollebatur
sūmus sacdos de ppo. uitlam rufam. triuna
īmaclatam. que nō traxat iugū. Nec tur
bemur. si quāz uitul appllatur. qr ī femi
nino tm gene intelligd ē. quia p pccis fra
gilitatis offēbatur. Sumebatqz ab uniūsa
multitudine duos hyrcos p pccō. 7 arietē
unū in holocaustum. Cūqz lauaret se īdu
ebat lineis tm. s ritum minor sacdotū
oblatisqz animalibz. factaqz orone ppa p se
7 p domo. statuebat duos hyrcos in hostio

tab. mittebatqz sorte sup utrūqz. qua sciret
quis eet dni. 7 quis pp fiet. Nec ē credendū
quibzdā qui dixerunt idō mitti sortes. ut
sciret quis dnō īmoland essz. 7 quis dyabo
mittendus ei in solitudinē cū pccis. Lex eī
īmolare. ii dō nō admittit. Sane. cui sors ex
ibat dnō offēbat illū p pccō pp. 7 forte h
dicebatur ppe p pccō. cui sors exibat pp.
resiuabat uiuentem. Imolabatqz uitlam p
pccō suo. et domus sue. et tollebat de sangue
hyrci 7 uitle 7 thuribulum plenū thure 7 prius
Mistūqz tollens thymiamatis. intrabat
ult uelum. tūqz īponebat thymiamatis.
ut nebla et uapor opiz oraclm. ne forte
uisa maiestate dni moretur. Aspgebatqz
septies digito de sangue coram ppiciatorio
ad orientē. Eodē 7 numo aspgebat pauim
tum. sili qz aspsione septena. expiabat scū
ariū exterius 7 pauimtū. Fundebatqz de eodē
sang. sup cornua altaris aurei. 7 aspgebat
id septies digito expians ita totū. tab. 7
altare. ab īmunditiis filior isrl. 7 a cūctis
puaricōnibz. i. a contagio q contraxit posi
tū in medio peccantiū. Nullusqz erat cū eo
ī tabnaclo cū ipm expiabat. Inquē modū
7 semel ī anno. lauiam altaria uino. Et
nota qr hic legitur sacdotē egdi de oraclo ad
altare. 7 sic patet quia erat ext. nec pot
dici eū egssum ad altare coram tabnaclo
cū dicatur hic ad altare. q ē coram dnō.
Pt hanc expiatōm egdiebat sacdos ad hyr
cū uiuentē. ponensqz utrāqz manū sup
cap eius. confitebatur gnalit omīs iniq
tates filior isrl. 7 imprecans eas capiti ei.
pones 7 ut tradunt quida. cartam inscpta
pccis ppli sup cap eius. mittebat eū in desertum
tum p hoiem ad h patum. Tradūt hebi
quorzdam puulos tribualit ad h parati ¶. i. s dinstas tbus.
mediciāalit eis splene subtcta. ut sic expi
atus essz pplis a pccis illius anni. q pigno
rantiā ul fragilitate contxat. que secum
ferebat hyrcus. qui qr emittebat non re
dibat, apompeius grece dicebat. lat. emis

sarius. Cū aū deduxerat aaron hominē cū
hircō ext̄ castra: redibat ad tabnaclm̄ t
testimonij. depositisq; uestibȝ lineis ī qbȝ
expiauerat scūariū: et emisat hircum. la
uabat carnē suā in loco sco. ℈ induebat ues
tibȝ suis pontificalibȝ et p̄ciosis. ℈ offerebat
arietem ī holocaustum. ℈ adipes uituli et
hirci p pccō. renesq; cū reniculis. In hunc
modum pontifex euangelicus in aspsioē
basilice quā dedicat. q. in expiatoē. lineis
℈ minoribȝ utit̄ uestimtis ℈ in sabbo bap
tismali ī consectione fontiū et in mersioē
cathecuminoꝝ. cū .s. transferunt̄ pccā eoꝝ.
silibȝ utit̄ indumtis. Cū aūt hijs pactis
ad missionē accedit altaris. pontificalibȝ
℈ p̄ciosis uestibȝ insulat̄. Vitulm̄ aū ℈ hir
cum. de quoꝝ sanguie fcā est expiatō. fere
bat ext̄ castra. ℈ comburebat igni. tā pel
les quā carnes eoꝝ. ℈ fimum. proiciebat
sacdos in ignem qui illa uorabat. muta
tis p̄us uestibȝ et resumptis p̄pis. lignū ce
drinū ysopum ℈ coccum bistinctū. qꝫ hī ī
purificōibȝ ualebant. Et tūc rediens lotis
uestibȝ et carne sua. ingrediebat̄ castra. et
immund' erat usq; ad uespm. Sȝ ille sac
dos qui remanebat ad ignē. ut consumi
facet omiā usq; ad cinerem: nō nisi lotꝰ ue
tibȝ ℈ corpe intrabat castra. ℈ imūd' erat
usq; ad uespm. Sȝ ℈ tercius sacdos qui colli
gebat cineres reseruandos ad aqm aspsiōis.
nō nisi lotus ītrabat cast̄. ℈ imūd' erat
usq; ad uespm. Ex his cinibȝ fiebat aq̄ asp
sionis. qua p totū annū purificabant̄ im
mundi. Vn̄ difficile ē inuenire. cū h' cinis
fiet ad purificandos imūdos. cur illi qui eū
tractabant ut dictū ē immūdi erant. Cū
℈ dn̄s h' sacmentū. q. scīssimū. religionē
uictime appellet. Sȝ et qui caprū dimisat
in desertum. simili' immūd'. de quo tn̄ facile
ē inuenire rōnem. ℈ ē uisile. Hos cines
fcōs annuatim. ut fit in cesma. Quidam
tn̄ hebrei dn̄t eos uixisse et durasse p
plures annos. nec fcōs. nisi qn̄ deficiebant.

His cinibȝ **De purificatione immun**
purificabant̄ immūdi in hūc **dorum.**
modū. Siquis tangebat cadaū hominis
mortui in tabnaclo ul' in agro occisi. aut p
se mortui ul' sepulchrm̄ eius. īmund' erat. vij.
diebȝ. Tabnaclm̄ in quo mortuus ē ho. uni
uersa que ibi erant uasa imūda erant. vij. di
ebȝ. Tollebantq; uir mūd' cines combustionis.
mittensq; sup eos aq̄s uiuas. tingebatq;
ex eis ysopum ℈ aspgebant ex eo tcio die ℈
vij. tentoriū et omnē suppellectile ℈ homies
hi contagione pollutos. et lotis uestibȝ ℈ cor
pe mundi erant. Si die tcio nō fuat aspsus
immūdus die. vij. non mundabat̄. Siquis
aū sic nō expiabatur. pibat de medio ecce
qꝫ polluebat scūariū. et anima eiꝰ pibat de
isrl'. quia pccabat et arcebatur ab ingssu
ei sci. Sȝ et ille qui purificabat immūdū ab
hi. qꝫ tetigit cines. lauabat uestimta sua
℈ īmund' erat usq; ad uespm. De īmūdiciis
quibȝ erat īmund' ho p diem tm̄. ut p̄ pollu
sionē nocturnam. ul' qꝫ dormierat cū uxore
nō credimꝰ hoiem his cinibȝ expiari. s;
ad minꝰ de īmundicia. vij. dieꝝ. qꝫ die tcio
℈. vij. legit̄ facienda expiatio talis. De ex
piatoibȝ que fiebant cum munibȝ oblatis.
ut s. de lepso dcm̄ ē. et de uiro spmatico. ℈ mu
lere sanguinaria. quia legr̄ eas uiuiare. vij.
dies. et. viij. purificari credimꝰ die tcio ℈. vij.
his aquis expiatos. **De psonis exclusis**
Tradidit ℈ dn̄s **a matrimonio.**
filiis isrl' multitudinē pceptoꝝ reca
pitulando p̄dicta et sup addendo noua. de
quibȝ nō nisi illa pstringimus que ad in
telligentiam lconis sacre scpture sunt ne
cessaria. Sane phibuit dn̄s ne homo ad
domesticam carnis sue accedet ne reuelaret
turpitudinē eius. i. discoopiret ℈ intueret pu
denda ipius. In p̄mo quidē parentū coniu
gio p̄p hoim raritatem. solum duas psoās
exclusit dn̄s a coniugio dicens. p̄pt hoc relin
quet ho patrem et matrem. ℈ adherebit ux. s.
nec filius matri. nec filia patri copulabitur.

Sb lege pses excepit. que s fere. xvi. mater.
nouerca. soror. consepis. amita. matertera. ux
or patrui. nurus. uxor fris. Sz h determina
tionem recipit. priuigna. filia priuigni. ul priu
gne. soror uxoris. paucas tunc exclusit. ut
multiplicarentur homines et re. t. Sub gra
plime excluduntur. ut continentia locum ht.
et e h phibitio coniugii. a fornicatione enim
omnis mulr excluditur. **Capitulus quod le**
ghorum qz dam preceptorum. xx.
Cum masclo et iumento sb interminatione
mortis phibuit. ne et colligent spicas l ra
cemos remanentes. nec grana decidentia. sz re
linquerent ea pauperibz terre. non opus mercenarii
retinere usqz mane. nec accipe psonas. di
ligere amicum sic se ipsum precepit. ut prim. lex.
ponunt. sompnia. auguria. diuinationes ob
seruari phibuit. nec agrum seri. diuerso semi
ne. nec iumenta diuersi generis coire. ut ueste
ex duobz texta indui. nec comam in rotundum
tondi. nec barbam radi. nec carnes suas
sup mortuo incidi. nec figuras aliqs. nec
stigmata in carne sua fi. in quibz et silibz.
ad litteram intelligendum e fm ritum gentium. et
maxime egyptiorum. cum quibz habitauant.
Nam et dd legitur mulam huisse. sup qua
positus e salomon. et delatus ad fontem
gyon ad iungendum. Sz egyptus omnige
num uenans monstra deorum. in honore diuer
sorum deorum. quos putabat talibz pee. diuer
sa semina in agro. diuersas materias in ueste
sociabat. Diuersos et cincinos capitis diuersis
diis sacrabant. Unde et in principio horum preceptorum
dixit dns. Iuxta consuetudinem terre egypti
in qua habitastis non facietis. iuxta morem
regionis ad quam introducam uos. non age
tis. Addidit et spale preceptum cum intrarent
terram. s. ut auferrent pputia arborum qs
plantarent. Qz qui exponens subdit. Poma
que germinant inmunda erunt uob. Hoc tn
non e in hebreo. et uidetur uelle q fructus trium
primorum annorum inmundus essz et abiciendus fc
tus; quarti anni. Scs dno et communis pau

peribz. Sz in. v. anno et deinceps dni sui essz
et esibiles. **De tribz generibz panum.**
Ad euidentiam quorundam eorum que h in leui
tico traduntur. sciendum e sacerdotes hu
isse tria genera panum. panes. s. sacerdotales. le
uiticos. laicos. Sacerdotales panes erant p
positionis. qui de publico sumptu fiebant.
Quos non licebat ede nisi solis sacerdotibz. Pa
nes leuitici. qui et offertorii. quibz soli de ge
nere leui uescebantur. et qui pp maclam non
poterant ministre. et filia familias. Sz non
uxorata. ul uidua. ul repudiata. ut necessita
te. rediret ad domum patris. ut essz. Q. filia fa
milias. His non uescebantur aduena. inquili
nus. mercennarius sacerdotis. Una tn ul emp
ticius ipsius. uesci poterat. laici. i. communes. qbz
quicumqz poterat uesci. **De scimonia sacer**
De scimonia qz **dotum. xxxv.**
sacerdotium agens dns primo de mi
noribz sacerdotibz tradidit ne contaminarentur
in mortibz ciuium suorum. nec et principis pp
ut tn sup matre et patre. filio et filia. fre et
sorore uirgine. ne. s. lauarent et sepelirent. l
plangendo tangerent mortuos alios. ut tn a
liis phibitas eis intexdixit uxores. s ut hre
concubinas. ut in uxorem duce scortum. nec
ancillam. ut captiuam. nec uiduam aut repudi
atam. nec eas que de cauponibz et pandocib
. i. apothecis uenalibz uitam agunt. Ponti
ficem uo ad nullum omnino mortuum ingredi uo
luit. Unde et dns pp. nullis exequiis interee de.
ut uxorem duce. nisi uirginem. et tn de pp suo.
Sz nec prochia domini pp. muros urbis ex
cedit. In communi precepit. ne sacerdos in diebz
uicis sue cum ministrare deberet. uinum biberet
aut omne q inebriare pot. ut sciret discer
nere int scm et phanum. mundum et inmundum.
et doceret filios isrl legitima terre. que locutus
erat ds. et ne sacerdos dum quis inmundus essz
accederet et ad tangenda ea que offerebant
filii isrl. Patet si sacerdos euangelicus coti
die ministret. assiduam debz hre mundici
am. Addidit qz dns de sollempnitatibz lega

galibus. Sed quia plenius de his in libro numeri
diffinitur. et nos ibidem de eis prosequemur.

Ecce De pena blasphemorum.

Ecce autem egressus filius mulieris israhelitis.
quem pepererat de uiro egyptio. iurgatus cum
uiro israhelita. blasphemauit nomen dei israel.
maledicens ei. quem moyses reclusit in car
cerem. donec super hoc consuluisset dominum. Qui ait
ad moysen. Qui maledixerit deo suo. omnes qui
audierunt. ponent super caput eius manus. et
contra ipsum testificantes. et eductum extra
castra. lapidabit eum omnis multitudo siue
ciuis fuerit. siue aduena.

De talione legis. xxiiii.

Subiunxit quoque dominus de talione legem ut qui lederet hominem.
in eundem modum lederetur. quo lesit eum. scilicet.
ut redderet animam pro anima. oculum oculum pro oculo.
dentem pro dente. fracturam pro fractura. liuorem
pro liuore. adustionem pro adustione. Nota quod
talio non erat in iniuriis rerum. sed in lesione tantum
corporum. quia furta restituebantur in duplum. de
Ex eo loco apparuit eis puteus i. ex hoc loco venerunt ad alium locum ubi monstrante domino foderunt puteum. Unde subditur. Ita hunc puteum foderunt principes. duces multitudinis in datore legis. i. in domino. Hoc tamen in hebreo non legitur. Et ascendit aqua de puteo donec super redundaret. Forte in signum quia ex utroque pugnaret et hostes in hunc modum superfluentis et obruerent. Quo viso cecinit israel carmen istud. Ascendat puteus. et c.

De morte seon regis amorreorum et og regis basan.

Egressus inde per aliquas mansiones pervenit usque Uemoth. Hec est nomen mansionis. sed est vallis in regione moab in vertice phasga i. iuxta montem illum. Vel forte mons ille adeo magnus est. quod in vertice sunt colles et valles. Inde misit israel nuncios suos ad seon regem amorreum ut ei transitum per terram suam concederet. Qui noluit. immo cum exercitu egressus est ei obviam in desertum. et pugnavit cum israel. Et percussus est in ore gladii. i. instantia. Iosephus dicit plurimos ex eis siti perisse. alios ruentes ad fluvium iaculis terre confixos. fugientes ad menia. Fun-

Vel saltem circa terram suam sic fecerat esau et moab quod legitur in deuteronomio.

diblaris preventos occisus est seon. Tulitque israel omnes civitates eius ab arnon usque iaboc inter quas caput regni erat esebon et habitavit in eis. Dicit iosephus hanc terram inter tria flumina sitam quasi naturam insule habentem et opulentissimam. arnon fluvius a meridie. iaboch a septentrione. qui in iordanem descendit. cui et nomen tradit. iordanis ab occidente. Cumque transisset israel fluvium iaboch. et ascenderet per viam basan. occurrit eis og rex basan in edrai. quem percusserunt cum populo suo usque ad internitionem. et possederunt terram eius. Tamen terra hec quam habuerunt ultra iordanem non fuit de terra promissionis quod patet quia moyses hanc intravit. profectique castra metati sunt in campestribus moab. ubi trans iordanem iericho sita est.

De itinere balaam cum locuta est ei asina.

XXII Videns balach filius sephor qui tunc rex erat in moab quid fecerat amorreo timuit. et ascitos seniores madian. qui proximi regno eius et amici erant consuluit quid facto opus esset dicens. Populus hic delebit nos sicut bos solet herbas usque ad radices carpere. Misitque eorum consilio ad balaam filium beor ariolum qui habitabat super flumen amonitarum ut veniret et malediceret populo huic. audierat enim quia benedictus erat cui benediceret balaam. et maledictus cui malediceret. Audierat etiam quod israel non vincebat in arcu et gladio. sed oratione fusa ad dominum suum. Visumque est commodum execrationibus contra orationes dimicare. Cumque venissent ad balaam seniores moab et madian ferentes munera divinationis in manibus. causamque vie exposuissent. dixit eis balaam. Manete hic nocte. ut videam quid dixerit mihi dominus. Dominum enim se prophetam mentiebatur licet in sacrificando consuleret demones forte demonem qui sibi loquebatur. dominum vocavit. Dixitque ei dominus in nocte. curam populi sui gerens. Non eas cum eis. Non maledices populo. quia benedictus est. Mane consurgens balaam. dixit se prohibitum a domino. Rursus misit ad eum balac viros plures et honoratiores. munera maiora et ampliora promisit. XXIII
si malediceret populo. Quibus ait balaam. Si de-

dixit michi balach domum suam plenam auri, non po-
tero mutare verbum domini. Obsecro, manete hic
et hac nocte. Et ait ad eum dominus nocte, Sur-
ge vade cum eis, ita dumtaxat, quod precepero tibi
facias. Mane strata asina profectus est cum
eis. Et iratus est dominus. stetitque angelus domini
gladio evaginato in via contra balaam. Mu-
taverat enim propositum et captus cupiditate
promissorum disponebat quomodo posset maledicere
licet prohiberet dominus. Josephus videtur velle quod deus
iratus. quasi yronice dixerat ei. vade cum
eis. Quod quia iste non intellexerat. obstitit ei
angelus. Cum autem asina vidisset angelum, quem
tamen balaam non videbat. timens deviavit in
agrum. Quam cum verberibus balaam reduxisset
ad semitam. iterum stetit angelus in angustiis
XXII maceriarum quibus vinee cingebantur. Timens-
que asina. iunxit se parieti et attrivit pedem
sedentis. At ille verberabat eam. Iterum stetit
angelus in loco angusto. ubi nec ad dextram nec
ad sinistram poterat deviare. Timensque
asina. cecidit sub pedibus sedentis. Qui cum
vehementius fuste cederet latera. aperuit dominus
os asine et ait. Cur percutis me ecce iam ter-
tio. Qui respondit. Illusisti michi. Utinam haberem gladium
ut percuterem te. Assuetus iste monstris ad vocem
asine non expavit. Protinus aperuit dominus oculos
balaam viditque angelum stantem in via cum
gladio et adoravit eum. Cui angelus. Perversa
est via tua. et nisi asina declinaret. occi-
dissem te. Cui balaam. Peccavi et nunc si
via mea tibi est contraria. revertar. Cui angelus.
Vade sed cave tibi ne aliud quam precepero tibi
loquaris. De ariolatione balaam et eius
Cum igitur iret balach occurrit prophetia.
ei in extremis finibus moabitarum.
Magnificeque suscipiens eum. dedit ei mu-
nera. Cui contestatus balaam ait. Non po-
tero loqui nisi quod posuerit dominus in ore meo. Ascen-
deruntque per excelsa montis. Unde extremam
partem populi intuebantur. Aberant autem ab
XXIII exercitu domini stadiis. lx. Dixitque balaam
ad balach. Edifica michi vii. aras. et para

totidem vitulos et eiusdem numeri arietes. Cumque
inposuisset ambo vitulum et arietem super a-
ram. dixit balaam regi. Sta iuxta holocaustum.
vadam si forte occurrerit michi deus. et quod iusserit
loquar tibi. Cumque abisset. posuit deus verba in ore eius.
Qui rediens coram omnibus assumpta parabola
ait. vel incepta ratione sua ut hebreus habet ait.
Quomodo maledicam populo cui non maledixit deus. Habitabit solus
inter gentes et non reputabitur. id est singularis erit
pre omnibus et innumerabilis. Moriatur anima mea
morte iustorum et fiant novissima mea horum
similia. Contristatus balach ait. Quid est quod
agis. Duxitque eum ad alium locum excelsum
montis phasga. unde aliam partem populi videre
posset. secundum errorem gentilium putans omnia locis
mutari et temporibus. et deum sic hominem posse mutari.
Cumque iuxta modum priorem statuissent in vii.
aras et posuissent holocaustum. iterum posuit
deus verba in ore eius et rediens ait. Non est idolum
in iacob. nec simulachrum in israel. dominus deus eius cum
eo est. Non est augurium in iacob. nec divinatio in israel.
Surget ut leena. et quasi leo non accubabit donec
predam. id est terram chananeorum. Tunc ait balach.
Saltem non benedicas eis nec maledicas. Iterum duxit
eum super montem phogor. statutisque vii. aris.
impositisque holocaustis per singulas. non abiit
balaam sicut ante ut augurium quereret. sed ele-
vans oculos vidit israel commorantem in tentoriis
per tribus suas. et irruente in se spiritu dei ait loquens
de se. Dixit homo cuius obturatus est oculus. audiens
sermones dei. Quam pulchra tabernacula
tua iacob. hebreus habet et translatio
origenis. cuius oculus revelatus est
tamen idem est sensus. quia dum dormiret in somp-
nis. vidit hec que dicebat. Unde et obturatus erat
XV oculus carnis et revelatus oculus mentis. Unde et sequitur
qui cadit et aperiuntur oculi eius. Hebreus planius
habet. Qui recumbit. collocat se in lecto. Addit et aper-
tam de saule prophetiam dicens. Tolletur propter
agag rex eius et auferetur regnum illius. quod
factum est sauli. quia pepercit agag regi amale-
chitarum. Et post direxit verba ad populum. Qui bene-
dixerit tibi. et ipse benedictus. qui maledixerit

[boxed insertion: id est cui reve- / late sunt visi- / ones dei. / iacob.]

i maledictionem reputabit. Cumque irasceretur ba-
lach, dixit balaam quod in discessu suo daret con-
silium quid faceret adversus populum hunc. Item assump-
ta parabola ait. Orietur stella ex iacob. consur-
get virga .i. maria ex israel. et percutiet duces
moab. et vastabit omnes filios seth. Q.d. vas-
tabit totum genus humanum quod scilicet carnale erit.
i bonis conteret et malos perdet. de seth enim totum
genus humanum est. de quo fuit noe. Filii enim cham
diluvio perierunt. Secundum hoc vaticinium dicitur ve-
nisse magos in iudeam visa stella. et tunc exstitisse
se apud eos. Scripta balaam super hac re. Propha-
vit etiam quod israel ydumeos et amalech qui fuit
principium gentium pugnantium contra eos subiceret.
Prophavit et quod assirii tiram vastarent et
cineos qui erant de fortissimo genere .s. de Iet-
ro. Addiditque. Venient in trieribus de ytalia et supera-
bunt assirios. vastabuntque hebreos. et ad extre-
mum ipsi peribunt. Monarchiam predixit hic ro-
manorum. et in fine temporum destructionem eorum. Et
dicit Io. eum prophasse adhuc totum orbem futurum
eorum habitaculum inclusum et insulas. et cum pars
huius sit impleta. reliquum pro certo implendum est.
Surrexit **Quomodo muliercula ini-**
balaam **tiatus est israel beelphegor.**
ut rediret in locum suum. Cumque in finibus madian
maledicere balach et suis. consilium dedit eis ut
virgines quarum specie illudi possit castitas castra tento-
ria israel cum exeniis venalibus mitterent. que iu-
venes ad se declinantes intra non allicere labora-
rent ut eos transgredi leges patrias facerent et deos
colerent alienos. ut sic deo suo eis irato. vel ad mo-
dicum tempus humiliarentur. Deo enim eis propicio. nec bella
nec pestis aliqua eos corriperent. Feceruntque ita
madianite. tamen et de moabitis virginibus miserunt
sed pauce. quia non alie sunt deformes. Eo tempore
morabatur israel in sethim et fornicatus est cum
filiabus moab. que vocaverunt eos ad sacrificia su-
a. et comederunt ydolotita et adoraverunt deos earum
et initiatus est .i. consecratus israel beelphegor .i. y-
dolo madianitarum. ydolo .s. dentiginis. quem
greci priapum dixerunt. Iratusque deus dixit ad moysen.
Tolles cunctos principes populi tui et suspende eos
contra solem in patibulis ut avertatur furor meus
ab israel. forte quia subditos non corripiebant.
duces tribuum noluit suspendi. vel potius
principes .i. auctores huius ydolatrie. viros et sta-
tim subditos. Dixit moyses ad iudices israel. Occi-
dat unusquisque proximos suos qui initiati
sunt beelphegor. **De zelo phinees. a.**
Tradit iosephus quod princeps in tribu
symeon zambri filiam cuiusdam po-
tentis madianitarum duxerat. que dicebatur
cosbi. Qui uxore iubente in quadam sollempni-
tate cum aliis ducibus deo non immolavit. Quin
obviam cum moyse ecclesiam congregasset et eos cul-
paret non nominatim tamen. quia turba erat in causa.
ille coram omnibus professus est se alienigenam
duxisse. ydola colere non tyrannicis legibus
quas moyses posuisset obnoxium esse quibus sub
figmento legum et dei timore servitute premebat
populum. quam egyptii cum proprium auferebat
vivendi arbitrium. Et discedens coram omni
turba. que flebat ante fores tabernaculi. intra-
vit tabernaculum uxoris. Mirabantur autem
omnes quod mortuus non fuisset. Surgensque finees
filius eleazari de medio multitudinis. et ar-
repto pugione ingressus est post illum in lupa-
nar. Et cum invenisset coeuntes. perfodit
ambos in locis genitalibus. cessavitque plaga.
Et occisi sunt .xxiiii. forte a domino per plagam a-
liquam precedentem que tunc cessavit. Sed iosephus
videtur velle quod plurimi iuvenes zelo accensi
finees multa milia populi percusserunt. Locutus est
dominus ad moysen. Hostes sentiant vos madianite. per-
cutite eos. Hoc factum est post ea cum moyses misit ex-
ercitum et percussit madianitas. Vel forte sicut per-
cussi fuerant filii israel. voluit deus et illos oc-
cidi. que servierant eos. **Secundus numerus**
Postquam vero sanguis **bellatorum. a.** XXVI
noxius effusus est. dixit dominus ad moysen et ele-
azarum. Numerate summam filiorum israel a .xx.
annis et supra per domos et cognationes suas. cunc-
tos qui ad bella possunt procedere. Feceruntque et
inventi sunt .vi. centa milia et mille septin-
genti et .xxx. inter quos nullus fuit eorum qui

nuati fuīt a moyse ⁊ aaron. pret iosue
et caleph. Et ait do. Ishs diuidet tra. plibz
maiorē ptem dab. ⁊ paucioribz minorem.
qd nō est intllīd de tribubz ul' familys. ſ;
de domibz. tra eni eque diuisa fm sortes
data ē tribubz ⁊ quelibt tbz sorte eqles
ptes dedit familus. familie uo iuxt nūm
capitū domibz diuisūt minores ⁊ ma
iores portōes. Nuati s. qz leuite amense
uno ⁊ s. xxiii. giris masclīn. De iure
XXVII Dom aū successionis hereditarie.
Salphat qui n reliquerat filiū nō
est nuata. Audientes aūt. v. filie ipi
qz nuatis daret tra. steterunt ad hostiū
ta. coram moy. ⁊ eleazaro ⁊ tota multitu
dīe. ⁊ dixerunt. Pat nr in deserto mortu ē.
nec hūit mares filios. cur tollit nom
eius de familia. Date nob possōes int
cognatos nrōs. Quaz cās retulit moy.
ad dnm. qui ait. Iustam re postulant
filie salphaath. ad filios aū isrl' loqris.
ho si mortuus fuit abs; filio. ad filiam
transibit hereditas. Qz si nec filiā hebit. tn
sibit ad fres eius. Qz si nec fres hūit. trās
ibit ad patruos. Qz si nec hos hūit. ad
eos qui proximi s. De constitutione io
Dixit qz do. ad mo. Ascende sue.
i montē abarim et ↄtemplare tra
quam daturus sū filys isrl. ⁊ pt ibis ad
ppl'm tuū. nō eni intrab eam. Cui moy.
puideat ds ds spiuū omīs carnis ho
minē qui sit sup multitudinē hanc. ne
sit pp dnī sic oues sn pastore. Cui do.
Tolle iosue et statuto coram eleazaro ⁊
omī multitudine ipone man tuas sup
caput ut audiat eum omīs synagoga
filior isrl. Fecitq; moy. ut dns impaue
rat. cognouitq; uniusa multitudo qz io
sue post mortē moy. antecedet eos. Vtm
aūt tūc ul' post ascendit moy. ut ui
deret trām. certum nō ē. s; certum ē qz
ascendit. ⁊ ptem uide potuit. Qz si totā
uidit. miraclose fcm ē. De libamimbz
XXVIII
usq; ad XXXI.

Precepit qz dns moy. de iugi sacrificio
et de sacrificys legaliū sollepnitatū.
s; qz nō offerebatur hostia sn libamtis suis.
de hys bn pmittendū ē. Libamū ul' libamt
erat simula oleo glutinata et uinū que c
hostia adolebantur. ut qi panis ⁊ uinū ⁊
caro dnō offerent. Cuiusq; uo hostie pprium
libamū determinatū erat. pagno simile deia
ps ephi uini. qrta ps hin. Erat aū ephi
et chorus unī sure aridor. hin ⁊ batus li
quidor. Pro uitlo de simula tres decime de
uino media ps hin. ⁊ forte erant tres de
cime integre decie de trbz ephy. ul' de uno
ephy. prius tollebat decima. Itm. ix. ptes
decimabant ⁊ tcio residuū decimabant.
⁊ sic erant tres decime uni ephy. Pro ariete
de simula due decime de uino tcia ps hin.
Eade erant lybamina hyrci. Si qriq; legis
agno de simula dari decimā decime. in
geniū ē de consueta decimandi. q. de
decimatōis ul' decimā decimante. ul' ipa
cima ephi. itm decimabat. et h decima
decimabat pagno. Sm quosda. ul' potu
ide ē decima decime qd decima ephi. et ē
ephi. decima chori. pars. De iugi sacrificio
Rius aū de iugi sacrificio uideam.
Iuge sacrificiū ul' indesinēs continu
fiebat de sūptu publico mane offerebat
agnus anniclus in holocaustū cū libamt
suis ut tota die cremaret in odorē suaui
dnō. Quo imposito sup altare sacdos cū pru
nis ⁊ thimiamate. ⁊ loculis intrabat taber
nāclm. ponebatq; prunas cū thimiamate sup
altare incensi. ⁊ h uocabat ↄsummatio sacrificii
Tūc ē. iiii. de. vii. lucernis mortificabat. In u
spe ponebat simuli alius agn in eode mod
et intus cū thimiamate sacdos accendebat
omīs lucnas. ⁊ sic tota nocte i altari erat o
dor suauis dnō. Vespertinū tn sacrificiū
melius erat ⁊ pingius matutino. qz sepe
die pter illd plurima iponebant. et
dicebat illd gratū dnō. qz pinguius. Nos
cim gratius. qz morte dnī in uespe factū

gabat. Hos agnos quida tradunt de sumptu
tradi sacerdotum. Joseph vero de publico. qui et
cottidianam de sumptu sacerdotum oblationem detini
nat. Offerebat enim sacerdos in diebus vicis sue as
sarum farine oleo mixte. et modica de coctione
dimidiate. medietatem mane. et medietatem in vespere.
super altare. In huius modum ecclesia mane et vespere
offert domino laudes et completorium. vel potius in
prima et completorio offert confessionem admittio
orandum tamquam iuge sacrificium. quia sacrificium
nostrum deo est spiritus contribulatus et humiliatus. De
Sollempnitates sabbatorum et oblationibus
legales erant vii. Sabbatum. eius.
neomenia. phase. pentecoste. festum clan
goris. festum propiciationis. cenophegia. Sabbatum
interpretatur quies. et potest dici festum domini. quia cum a
lia festa instituta et nominata sint ab aliquo even
tu vel opere eorum. hoc dicitur sabbatum. quia deus in eo quievit.
Inde est forte. quia privilegiatum est in duobus. quia in eo
nec licet cibum parare. nec ultra mille passus ire.
Dicitur autem hoc festum legale non quin et ante legem
et ab exteris quibusdam nationibus observatum fuerit
sabbatum. Sed quia sub lege primo observatum est eo precep
to. eadem preter iuge sacrificium offerebantur
duo agni immaculati anniculi cum libamentis
suis in holocaustum. De neomenia.
Neomenia sonat innovatio luv.
lune. Neos enim novum. mene luna
interpretatur. Quia gentes vero in legitimis suis lu
nationes pro mensibus habebant ex lege diem nove
lune vocabant kalendas legales. et erat dies fe
stis apud eos. ea die offerebant vitulos duos.
arietem unum. agnos anniculos. vii. cum liba
mentis suis per singulos. hyrcum quoque pro declina
tione peccati cum libamentis suis. omnia hec in ho
locaustum. De phase.
Quartadecima die primi mensis ad ves
perum comedebant agnum paschalem.
et nox illa dicebatur phase. id est transitus pro causis
supradictis. eadem dies dicebatur pascha. id est
immolatio. Sequenti die inchoabatur festum
azimorum quod protelabatur. vii. diebus. quorum dies
prima et ultima sollempnis erat et festialis ab
omni opere servili. Quod ezechiel addidit de festo
prime diei aprilis et de. x. die qua tollebatur ag
nus. vii. et primi mensis solis comparatur. vii. in sol
lempnitatibus. forte moyses causa brevitatis pretermi
sit. vel in littera ad ampliandum cultum dei super
addita sunt. que ezechiel prosequitur. Dic in sabbato
de portarum apertione et parte principis. post pri
mam diem sollempnem. id est xvi. luna torre
bant igni spicas recentes. et manibus grana
confricata offerebant domino; assarum unum cum
pugillum vel dextrinam unam adolebat sacer
dos super altare. reliquum erat eius. propter hanc oblationem
quidam putaverunt hoc festum non solum azimorum
dici. sed et festum novorum errantes. quia legitur
nisan quoque vocari mense novorum. ab hac. x
vi. die. dicit iosephus numerari. vii. ebdomadas.
post quas statim erat pentecoste. Alii dicunt
eas numerari ab altera die sabbati. quod erat in
diebus azimorum. Quia littera hystorie sic videtur
sonare. Alii ab ipsa prima die azimorum. ne
plures quam. l. dies inter pascha et pentecosten
invenirentur. Certior sententia est a prima die
azimorum quinquagesimum esse pentecosten.
et a secunda quinquagesimum esse secundam pen
tecosten. in quo offerebantur panes no
vi. sicut secunda die azimorum grana. Et ita
duo dies quinquagesimi leguntur nominati.
In hiis. vii. per singulos dies offerebantur
in holocaustum eedem hostie que et in ne
omenia cum libamentis suis. De pentecos
Pentecoste sonat. id est pentacon te.
enim. l. hebraice a sarta. vel pente
coste ipsa quinquagena dierum. Quibus
completis ultimus dies dicebatur festum
pentecostes. id est consecutivus vel completivus.
. l. dierum. fiebat autem in memoriam da
te legis. que. l. die ab exitu de egypto da
ta est. eadem sollempnitas dicebatur festum
ebdomodarum. quia computatis ut dictum
est. vii. ebdomadibus ab altera die sabbati a
zimorum fiebat. Quod si volumus sequi io
sephum. sabbatum dicemus hic primam
diem sollempnem azimorum. Dicebatur

et festum primitivorum. quia tunc de novis frugibus offerebantur duo panes duorum assariorum de alphita siccata facti secundum Iosephum et fermentati. et ideo nichil ex hiis super altare ponebatur et cum eis due agne in esum tantum sacerdotum. et nichil ex hiis in crastinum relinqui permittebatur. Erat et hoc festum .vii. dierum per singulos offerebantur eedem hostie que et in neomenia et in diebus azimorum cum libamentis suis. tamen videtur velle Iosephus tunc immolari vitulos .iii. arietes duos. agnos .xiiii. De festo tubarum.

Prima die mensis septimi duplex erat sollempnitas. neomenia et festum clangoris vel tubarum. Unde buccinate in neomenia tuba. in quo buccinabant cornibus pecorinis. quia ea die liberatus est ysaac ne immolaretur pecore substituto pro eo. dicebatur etiam festum septimorum vel sabbatum mensium. quia hic mensis septimus fere totus annus erat sollempnis. ea die preter oblationes neomenie offerebantur in holocaustum. vitulus unus. aries unus. agni anniculi .vii. hyrcus pro peccato cum libamentis suis. traditur quia sub introductum est a iudeis de ceteris ut per ignem immolationem ysaac paratam significarent. Item a modernioribus translati sunt cerei ad decimam diem que est pro mortuis forte pro spe resurrectionis. De festo propitiationis.

Decima die eiusdem mensis erat festum propitiationis. quia ea die rediit moyses ad eos referens dominum eis placatum super offensa vituli conflatilis. eadem die ieiunabant homines et iumenta. a vespera usque ad vesperam. pro memoria mortuorum. Unde et dicebatur dies afflictionis. dicebatur quoque dies expiationis. quia ea die sanguine vituli rufe expiabatur tabernaculum et altare ut predictum est. et fiebat cinis ad expiationem inmundorum. et ipsi expiabantur a peccatis illius anni per emissionem hyrci apopompei. Erat autem oblatio diei illius. vitulus unus. aries unus. agni anniculi .vii. hyrcus pro peccato cum libamentis suis vel eorum. De scenophegia.

Quintadecima die eiusdem mensis erat scenofegia. quod sonat fixio tabernaculorum in qua per .vii. dies habitabant sub umbraculis in memoriam .xl. annorum. in quibus fuerunt sub tabernaculis in deserto. Unde et festum tabernaculorum dici solet. protelabatur autem .vii. diebus. quarum prima et ultima sollempnes erant. Octavus quoque dies erat sollempnis. non quia esset de scenofegia sed quia ea die conveniebant ad faciendam collectam. forte in usus pauperum. vel in alios usus communes. Unde et scenofegia quandoque legitur esse festum octo dierum. sed presens illi non fuerunt octo. Creditur quoque in .iiii. diebus interpositis a die .x. usque ad hanc hebreos observare ieiunium. Tradit Iosephus. quod in hiis .vii. diebus ferebant in manibus ramos mirti et salicis. et frondes palmarum. et virgulas mali persici. fiebat cunctis frugibus terre oblatio domino in gratiarum actionem. Oblatio vero .vii. dierum hec erat. prima die offerebantur in holocaustum vituli .xiii. arietes duo agni anniculi .xiiii. et hyrcus pro peccato cum libamentis eorum. eadem oblatio arietum agnorum. et hyrci fiebat per singulos dies sequentes. sed de numero vitulorum unus subtrahebatur in dies. In primo die .xiii. In secunda .xii. In tertia .xi. In quarta .x. In quinta .ix. In .vi.a .viii. In septima .vii. In octavo qui et erat sollempnis offerebatur vitulus unus. aries unus agni anniculi .vii. et hyrcus pro peccato cum libamentis eorum. forte in .vii. diebus facta est subtractio vitulorum. ut in summa fieret .lxx. in memoriam. quia in .lxx. animabus intraverunt egyptum. Hee sunt oblationes holocaustorum in .vii. sollempnitatibus. et fiebant de publico. nec propter hoc cessabat indesinens sacrificium. nec hostie spontanee vel necessarie. Et nota quia ille tres sollempnitates que .vii. diebus protelabantur. precipue dicebantur et sabbatum quod intueniebat in illis diebus dicebatur sabbatum sabbatorum. quasi sabbatum festorum. alias festivitates adiecerunt his hebrei

propter varios eventus·sicut encenia et phu
rim·i·festum hester·sed non dicuntur legales·i·
non sunt in lege institute. Nota sollemp
nitates dictas encenias a ceteris·i·lu
naribus vel a carie et mene·quia tunc delent
in nobis sordes desitere quasi carimenie
vel a carendo·et munijs·i·officiis similibus·
quasi caritimonie. De votis.

Addidit quoque dominus de votis mulierum
vidua vel repudiata quicquid voverit
vel in quo iuramento se obstrinxerit imple
bunt. filia familias vel uxor·tenentur ex
voto vel ex iuramento·nisi pater vel vir contra
dixerit quam cito audierit. Sin autem statim contra
dixerit. irrite sunt pollicitationes earum.
Ipse vero peccatum portabit si prius tacuit·et post
contradixerit. vir autem omne votum aut
iuramentum implebit·nisi forte de conti
nentia. De destructione madian et preda di
visione.

Locutus est dominus ad moy. Ulciscere filios israel de madianitis et sic colli
geris ad populum tuum. Armavit ergo moyses de
singulis tribubus mille viros electos·id est·xii·
prefecitque eis phinees filium eleazari. vasa
quoque sancta·i·tubas ad clangendum tradi
dit eis. Qui profecti hostes vicerunt·v·reges
eorum et omnes viros occiderunt·urbes·vicu
los et castella. flamma consumpsit·balaam
quoque interfecerunt gladio·mulieres et parvulos
pecora et omnem supellectilem in predam dux
erunt. Cum autem redirent moy·et eleazar·
et omnes principes synagoge·egressi sunt in occur
sum eorum extra castra. Visisque mulieribus
iratus moy·dixit ad eos. Cur feminas
reservastis. Nonne iste sunt que deceperunt
filios israel. Interficite omnes que noverunt vi
ros et omnem masculum. virgines autem reser
vate. Feceruntque ita et reservate sunt virgines
xxxii·et ait moy. Qui iactastis eritis in
mundi·qui occidistis vel tetigistis mortuos
extra castra eritis·vii·diebus·et purificabi
mini·iii·et·vii·die aqua aspersionis·preda
etiam quam tulistis purificabitur·aurum

et quicquid transire potest per ignem·igne pur
gabitur. Quod autem ignem non potest susti
nere·aqua expiationis purgabitur. Dixit
quoque dominus ad moy. tolle summam eorum que
capta sunt ab homine usque ad pecus. et
divides predam ex equo inter eos qui pugna
verunt·et reliquam multitudinem. de parte vero
eorum qui pugnaverunt separabis domino unam
animam de quingentis. et dabis eam elea
zaro. Ex media vero parte multitudinis ac
cipies quinquagesimum caput et dabis levi
tis. Quo facto: principes exercitus accesserunt
ad moy. et dixerunt. Recensuimus numerum
pugnatorum quos dedisti nobis. et ne unus
quidem defuit. Quam ob rem offerimus in
donarijs domini quod in preda auri potuimus
invenire. periscelides·armillas·anulos·
dextriola·murenulas·ut deprecetis dominum
pro nobis. Susceperunt autem aurum moy·et
eleazar·et intulerunt illud in tabernaculum.

Filii autem De sorte duarum tribuum et di
ruben et gad·et dimidia midie.
tribus manasse habebant pecora multa
nimis·et videntes amorream basan et
galaad aptas pecoribus alendis. rogaverunt
moy. ut terram hanc eis contraderet. Existi
mans autem moy. ob timorem pugne et
laboris hoc eos quesisse. malignos eos ap
pellavit: eo quod fratribus in erumpna con
sistentibus ipsi vellent deliciari. Ipsi vero
polliciti sunt quod mulieres et parvulos in
tutis locis ordinarent. caulas ovibus et
iumentis stabula fabricarent. Ipsi ergo ar
mati precedent fratres suos donec eos intro
ducent ad loca sua. Sub hac itaque condi
tione terram seon regis amorreorum et og
regis basan susceperunt. Porro filii ma
chir·filii manasse obtinuerunt galaad.
Iair vero filius manasse occupavit vicos
eius et vocavit eos avoth·iair·i·villas
iair. Cathalogus·xl·duarum mansionum.

Ponitur hic cathologus mansionum
ab exitu de egypto·fuit autem an

accesserunt

xxxv

tranſitum maris rubri. iiii. ramaſſe ſochot
ethan. phiairoth. amari rubro uſque ad
ſyna. viii. marath. helim. iamſuph. quod ſo
nat mare ru. vel ſcirpeti. Iam enim mare
ſuph rubrum vel ſcirpus interpretatur. et potuit
eſſe locus ſcirpeus. quia hebrei quamlibet
aquarum congregationem vocant mare. post iam
ſuph. deſertum ſin de ſeca. alius raphi
dim ſolitudo ſynai uſque ad cades. xxi. ſe
pulchra concupiſcentie. aſeroth. rethma.
Remon phares. lenna. reſſa. ſcelata. mons
ſepher. arada. macheloth. thaat. thare.
metha. eſmona. moſeroth. baneiacham.
mons galgaat. iethebatha. ebrona. aſi
ongaber. cades. a cades uſque ad campeſtria
moab. ix. mons hor. ſalmona. phinon
oboth. leabarim. dibongad. helmon debla
taim. montes abarim. campeſtria moab.
Hic locutus eſt De urbibus levitarum et ſub
dominus ad moyſen. et diſtinxit urbanus.
terminos terre per ab ortu et occaſu. meridie
et aquilone. et nominavit principes tri
buum. qui tranſito iordane cum ioſue et ele
azaro terram dividerent. precepitque levitas in
omnibus tribubus diſperſos habere. xlviii. civi
tates ad habitandum. et annuis forinſecus
per circuitum terram mille paſſuum obtinere.
in qua ſuburbana eſſent ad pecora eorum.
alenda. ex quibus civitatibus. vi. eſſe ut refu
gii tres ultra iordanem. et tres citra. de quibus
in deuteronomio dicetur. De numeri
XXXVI Acceſſerunt contribulium. XXXVI
Aut filii machyr filii manaſſe ad
moyſen. et dixerunt filie ſalphat fratris noſtri nob
cum huic ſortem ex precepto domini. Si igitur nup
ſerint viris tribus alterius quia filii earum ſequuntur
tribum patris minuetur hereditas noſtra. et ſor
tium diſtributio confundetur in iubileo. Occa
ne igitur eorum filiarum ſalphat lex hec promulgata eſt
a domino per moyſen. Omnes viri ducant uxores de
tribu et cognatione ſua ut hereditas permane
at in familiis. ne commiſceantur tribus. ſed ſic
permaneant ut a domino ſeparate ſunt.

Hyſtoria deuteronomii.
Epilogus cum additionibus et iterationibus.
De civitatibus refugii trans iordanem.
Sup additio.
Sup additio.
Sup additio.
De debitoris exigentia.
De repetitione pentec.
De appellatione ad ſummum ſacerdotem.
De iuſticia regis.
De malefaciendis abiciendis.
De talione legis.
De timidis et ſollicitis et removendis.
De hiis quibus fas non erat intrare
eccleſiam dei. Vna.
De plagis quarum maior quadrag
De exſuſcitatione ſeminis et modis diſ
calciandi.
De prohibitione permixtionum.
Aliud preceptum.
De recapitulatione.
De morte moyſi. post quam benedixit tribus.
Canticum teſtimonii.

Hystoria deuteronomii.

Quinta et ultima huius hystorie distinctio hebraice dicitur elleaddebarim quod sonat. hec sunt verba. Grece dicitur deutronomium. i. secunda lex. deutron enim secundum. nomia. lex. Ex hoc nomine quidam errantes dixerunt duas esse leges. unam datam a deo. que in precedentibus libris continetur. alteram datam a moyse. quinto libro. addentes in assertionem sui erroris quia de illa lege semper. locutus est dominus ad moysen. de ista dicitur. locutus est moyses. ad omnem israel. et adhuc dicebant. quia multa hic leguntur. que non supra. immo quedam quasi contraria quod non fieret si hic esset precedentium repeticio. Verius sciendum est quia hic pentatheucus non est nisi lex una. que etiam ab apostolis et aliis sepius vocatur lex moysi. quam lex dei. Hebreus enim vocat hos .v. libros. thorath. i. legem. nec ob aliud dicitur liber hic lex secunda. nisi quia predicta hic iterantur lex iterata. Iterantur autem hic tantum de tribus causis. precepta et cerimonie ad commendationem memorie et ipsorum confirmationem. beneficia dei ad roborandam dilectionem dei in illis. flagella que sustinuerunt murmurantes ad incutiendum timorem. Si vero in hac iteratione videtur aliqua predictis inesse contrarietas in superficie verborum. in intellectu tamen nulla est contrarietas. Fuerunt et qui dicerent hunc librum factum a iosue. transito iordane. quia legitur in principio. hec sunt verba que locutus est dominus moysi. transiordanem. Pro situ enim terre. pro scriptura sacra dicere consueverat ultra iordanem vel citra. Dicitur tamen liber moysi. quia quod moyses verbo tradidit. iosue redegit in scripto. Videtur etiam rabbi. velle quod magnam iosue huius libri scripserit partem. Verius videtur esse quod scriptus sit a moyse. et loquitur moyses. de se tamquam de alio. vel hoc in principio apposuit hesdras sicut et in fine de morte moysi. presertim cum circa finem libri legatur. Scripsit moyses legem hanc. et paulo post. Postquam scripsit moyses verba legis huius in volumine precepit levitis. Tollite librum istum et ponite in latere arche. legiturque longo tempore post inventus in templo liber deutronomii in archa.

Explicit prefatio. Incipit liber .v.

Epilogus cum additionibus et interminationibus.

Quadragesimo anno ab exitu filiorum israel de egypto undecimo mense. prima die mensis videns moyses diem mortis sue imminere locutus est ad omnes filios israel. et cepit legem explanare congregans eos secundum iosephum ad iordanem in loco ubi nunc civitas abila est locusque palmarum. Sane recapitulationem moysi prosequentes que supra dicta sunt omittemus. supra addita dicemus. que videntur contraria memorabimus determinando. Itaque recapitulando ait moyses. Dixi vobis illo tempore non valeo solus negotia vestra sustinere. date mihi ex vobis viros sapientes et ponam eos tribunos. centuriones. et quinquagenarios et decanos. Hi videntur contrarii predictis. Supra enim consilio iethro dictum est hoc factum esse. utrumque vero factum fuit. Primo enim ad consilium soceri faciendum electos disposuit. postea auctoritate assensu populi complevit. Quod etiam hic dicit moyses. Dixistis mihi mittamus viros qui considerent terram. Supra vero legitur dixisse dominum. Mitte viros. non est contrarium. Quia ad suggestionem populi consuluit dominum. Qui dixit ei mitte. Ad pusillanimitatem quoque eorum confortandam. meminit moyses de victoria og. regis basan. qui restitat de stirpe gygantum. et in argumentum magnitudinis eius monstratur lectus ipsius ferreus in rabath filiorum amon. ix. cubitos habens longitudinis. et. iiii. latitudinis.

De civitatibus refugii trans iordanem.

Separavit moyses. tres civitates refugii trans iordanem. bosor. in tribu ruben. ramoth in galaad in tribu gad. golam in basan. in tribu manasse. harum hic usus erat. Siquis nolens hominem occidisset. confugiebat ad aliquam harum. et ibi a consanguineis occisi tutus erat. Si enim extra fines alicuius harum inveniret eum qui ultor sanguinis effusi esse debebat. impune perimeret homicidam. Erat autem in ea fugitivus usque ad reconci-

omnes benedictiones dicent super legis observatores

hatorum cum propinquis vel usque ad mortem summi pontificis in qua hora omnis fugitivus redibat securus ad propria. Tamen si propinqui occisi volebant illum impetere, convolens occidisse coram civibus urbis eius hoc probaret, tradebatur eis ad occidendum.

Addidit quoque **Supradditio. xxv.** Moyses. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua. Addidit quod cum de manna itaret, non in solo pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Panem vocavit hic omnem cibum hominum. Consuevit enim scriptura panem pro cibo ponere. Et est sensus: Nolite mirari sicubi insolitum dedit vobis dominus quia non in solis usitatis cibis vita hominis stabilita est apud deum, sed in solo verbo potest creare nova ex quibus vivat homo. Addidit quoque inter beneficia quod per xl annos in deserto vestimenta eorum non defecerant vetustate nec subtelares attriti erant. Et quod evaserant serpentes flatu urentes et cum instantia quos ob hoc forte superius dixit ignitos et scorpiones et dipsades, que latine situle dicuntur, quia puniunt hominem siti, et adeo parve sunt ut cum calcantur vix videantur. Cum venenum ante extinguit quam sentiatur, vel tisiciam sentit morsus. Dicitur autem situla per contrarium. Vas enim quod situla dicitur aufert sitim, hoc affert sicut pharetra que infert mortem, feretrum quia fert vel aufert mortuum. Ut est ostenderet que necessitas incumberet eis observandi precepta domini in terra promissionis, addidit quia non erat terra illa sicut terra Egypti, que beneficio fluminis fecundatur ubi per ortos aque diriuantur irrigue, sed erat montuosa et campestris de celo pluviam expectans, et ideo plurimum ibi colendus est deus ut daret eis pluvias temporibus suis temporaneam scilicet in autumpno vel in hyeme iactis sementibus nutriendis et serotinam ad crementum in vere vel estate. Addidit quoque de terminis terre promissionis dicens: Omnis locus quem calcaverit pes vester vester erit a deserto quod est in meridie et libano qui in septentrione et flumine magno Eufrate qui in oriente usque ad mare mediterraneum erunt termini vestri. Hoc est mare quod tyrrenum dicitur. Addidit quoque quod benedictiones et maledictiones scriptas in libro hoc transito Iordane ingressu suo dicerent in hunc modum. Sex tribus maiores natu ascenderent montem Garizim cum sacerdotibus et levitis et vi minores montem Ebal e regione. Et qui in Garizim omnes benedictiones dicerent super legis observatores et qui in Ebal responderent amen. Postea ascenderent sacerdotes et levite cum aliis vi tribubus in Hebal et simul omnes maledictiones imprecarentur transgressoribus. Et qui in Garizim responderent amen. Et nota quod cum enumerat gentes quas eiicient de terra promissionis fere ubique vi nominat: Chananeum, Amorreum, Pherezeum, Iebuseum, Eveum, Etheum. In hac iteratione non nominat septimum Gergeseum. Item nota quod Habrahe promissum est quod x delerentur que tunc regna ibi erant. Sed cum venerunt illuc filii Israel iam tres erant deleti. Filii Loth deleverunt gygantes, filii Esau horreos, Capadoces partem eorum. **Supradditio.**

Addidit quoque Moyses quod non liceret eis comedere decimam in oppidis suis, nec primogenita pecorum, nec primitias laborum, nec vota, nec sponte oblata, sed tantum coram domino in loco quem elegerit dominus ibi comederent cum uxore et liberis suis et ancilla et levita, qui convallaneus esset. Unde precepto videntur commendari levite quibus promissa debebant. Primum dicunt hoc quidam semel factum, cum primo scilicet terram obtinuerint. Tunc enim obtulerunt predicta domino et deinceps reddiderunt ea levitis. Sed hoc nichil est quia nondum dominus locum elegerat in terra promissionis. Unde alii dicunt quod singulis annis hoc fiebat sic. Primam partem decime totius ut primam gelimam granorum, primam amphoram vini vel olei separabat is qui decimam dabat levitis et illam modicam partem decimarum ferebat secum in Ierusalem et epulabatur in con- domino. Et hoc inde coniectant quia hec decima proprie ponitur in cartallo quod modicum vas est nec unam capit decimam, sed hoc de primogenitis et primitiis votivis et spontaneis nichil determinat. Unde verior est hic traditio Hebreorum. Singulis annis Hebrei duas faciebant decimationes bonorum suorum. Primam separabant levitis

cum calcant

hac dictum est. Desudet elemosina in manu tua donec invenias cui des, id est illum cui debes. In his verbis re-
liquas partes decimabant, et hanc scilicet decimam
reservabant et ex ea tertio anno cum ascendebant
in Ierusalem oblationes et epulas sibi et domui sue facie-
bant, et levitam concellaneum qui et cum eis ascen-
deret invitabant. In eosdem usus reservabant
secundum alios post primogenitum quod fit primogenitum, et
similiter post primicias tantundem quod reponebant
quasi secundas primicias. Cum autem amphora his in illis
tribus festis expendere volebat, aliqua de bonis su-
is adhuc separabat, et tamen potius reservabat illa
vovens domino. Preterea et quidam in illis sollempnita-
tibus preter ea que diximus sponte quedam expen-
debant ad honorem domini, et hec secundaria precepit
Moyses ferri ad locum sanctum et comedi coram domino.
Tamen remotioribus licebat ista vendere in loco suo,
et ferre precium secum, et emere quod in Ierusalem quod desidera-
bat anima sua. Preterea tertio anno duabus decimis
sublatis ut diximus tertiam faciebant, item deci-
mationem in usus pauperum et hanc reponebant
apud se ut haberent unde darent peregrino et advene,
pupillo et vidue, egentibus et etiam levitis si
indigerent. In usus non proprios ex hac nichil expen-
debant, et de hac dictum est: Omni petenti te tribue.
Addidit quod *Super additio.*
Aqua si et frater aut uxor aut filius aut
amicus specialis persuaderet aliquem ad cultum ydo-
lorum forte propter affluentiam que sequebatur gen-
tiles non occultaret eum, sed convictum aut con-
fessum precipit obrueret lapidibus, et ille cui persuaserat
primus poneret manum suam super eum. Eodem modo
civitas adversus civitatem insurgeret et deleret
eam si persuaderet recedere a cultu dei. Incisuras
et et calvitium fieri super mortuos prohibuit, quod
est sanguinem suum fundere et capillos
tondere et sacrificare mortuis, ut ethnici
faciunt. Prohibuit quoque morticina come-
di, sed addidit quia et illa sibi immunda pos-
sent dare aut vendere peregrinis et adve-
nis, quia alie nationes licite multis ves-
cuntur que interdicta sunt hebreis. *De*
debitoris exigere ——— *iota. a.*

de

vitabatur

Septimo quod anno quietis terre addidit
Moyses ne creditor exigeret debitum a de-
bitore hebreo. Quamdiu tamen durat a peregrino poterat exi-
gere, ob hoc vocaverunt illum annum remissionis.
Non illius tamen cum erat iubileus. In iubileo enim
dimittebant debita. In hoc differebant
presbiteri. Plurimi
quod in primogenitis bovis
arari et vellera primoge-
nitorum tondi, propter quod innuit nichil de primogenitis
debere sumi in usus proprios, quia levitarum erant. Sed
si maculam haberet primogenitum, poterat come-
di in loco suo, sed non coram domino. *De repe-*

In iubileo debitum
omnino dimittebant, in
vii. anno petere
differebatur.

Repetens quod *titione penteco.*
Moyses de festo pentecostes ait: Sep-
tem ebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem
in segetem miseris, et celebrabis diem festum
ebdomadarum domino deo tuo. Hec ut dicit Iosephus hebreus
nec ad litteram nec ad spiritum custodiunt. Tunc
enim non eodem die fieret pentecoste, quia alii
tardius, alii citius metunt secundum statum regi-
onum suarum. Fuerunt qui dicerent quemque agri-
colam a prima die messionis sue .l. dies
computasse, et ea die quamque suis sollempne epulum
parasse et diem festum egisse. Non quidem pen-
tecosten legalem, sed pro collectis omnibus quasi
diem agebant sollempnem. Tradidit Iosephus
quod .xvi. luna phase die scilicet sollempni azi-
morum offerebant grana confricata domino, et hec
erat missio prima falcis in segetem, et a .xvi.
luna numerabant .vii. ebdomadas post quas fiebat
pentecostes. Quidam tamen dicunt ut potius est
a die dominica que est in festis azimorum debere
numerari .vii. ebdomadas, quia legitur in exodo ab
altera die sabbati numerabitis. *De appellatione*
Precepit *ad summum sacerdotem.*
quod iudices civitatum sederent in portis
qui iudicarent intrinsecos et extrinsecos de
finibus civitatis, et ut coram domino aut coram
testibus pareret qui interficeretur ab eis, et quod
manus testium prima fieret in illum. Et si con-
tingeret iudices illos ambigere de sententia a-
liqua, ascenderet ad summum sacerdotem, et quod

vel in levitico

iudicaret ille, fiet. Quod si quis superbiens est et non obedierit, interficietur. De his iudicibus civitatum dicit Iosephus quod septem eligebantur in singulis civitatibus, virtute et studio iustitie excepti. Unicuique vero eorum dabantur duo viri ministri de gente levitarum. Testimonium mulierum non admittebant propter levitatem, nec servorum propter ignobilitatem animi, propter quia de facili vel propter timorem potant corrumpi vel propter lucrum. In appellationibus non licebat pontifici iudicare sine propheta et senioribus loci, quem elegerat Dominus. De iustitia regis.

Addidit etiam quod si quandoque sine rege carerent, non alienigenam sed contribulem qui sibi consilio pontificis et seniorum tunc ordinaret, in ocio semper Deuteronomium legeret. Uxores sibi non multiplicaret, ne averterent eum a recto. Equos aut opum pondera non multiplicaret, ne potentior factus seviret in subditos, terminos terre vel proprie vel aliene non mutaret. Non enim periculum est ut leges transcendat qui metas terrarum transmutat. Hoc preceptum plurimum transgressus est Salon, qui gloriatus est quod tantum reliquerat in urbem auri et argenti quantum invenerat ibi eris et ferri. Tandem tamen penituit ut tradunt, de quo post dicetur. De maleficiendis abiciendis.

Addidit quoque ne haberet secum ariolos, id est inspectores fibrarum circa aras pro cognoscendis futuris, et coniectores somniorum et augures, id est gestus avium aut garritus attendentes, maleficos, id est immolantes filios demonibus vel salutem lustrantes, incantatores, id est prestigios qui intuentes fallunt, phitones, id est ventriloquos qui per spiritum malignum loquuntur, a phitio id est Apolline sic dictos, divinos id est aruspices, id est astrorum inspectores, nigromanticos qui sacrificiis vel carminibus evocant mortuos, quos propheta suscitaret eis Deus de gente eorum, illum audirent. De talione regis.

De talione quoque legis occasione falsi testis apposuit ut si diligentissime perscrutantes deprehenderint falsum testem, reddent ei quod cogitaverat facere proximo suo, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede.

Addidit quoque de exitu progressuro ad pugnam ut primo sacerdos exercitum admoneret ne timeret hostes et sperarent tantum in Domino, non in armis et robore suo. Deinceps quisque princeps turme sive loquetur et dicet: Quis est vir formidolosus et pavidus? revertatur, ne pavere faciat fratres suos. Et revertuntur et solliciti pro negotiis imperfectis que reliquerant retenti perciperet. Specificabat etiam tria negotia quibus maxime affectus tenetur humanus dicens: Quis est homo qui edificat domum novam et non dedicavit vel initiavit eam, revertatur ne forte moriatur in bello et alius accipiat eam. Quis est homo qui plantavit vineam et non dum fecit eam communem de qua omnibus vesci liceat, revertatur ne fortia in bello et alius fungatur eius officio. Sic intelligitur: In novella vinee plantatione ante quartum annum fructum faceret, immundus erat, quia natura per se tempore nimium fecisse videbatur, nec ex eo primitias Deo offerre aut quippiam edere licebat. Quarto vero anno vindemiabatur Domino. Omnem enim fructum eius anni deferebat homo ad urbem sanctam cum sola decima aliarum frugum ut epularetur eis coram Domino. Quinto anno fiebat homo dominus vinee et vindemiabat sibi. Ex illo anno et deinceps erat quod omnibus communis fuit consuetudine eorum talem. Item a gentibus licebat intrare vineas et pomaria et tamquam de propriis satiari, sed extra deportare fas non erat, nec vindemiantes de his que ad torcular portabant gustare prohibebant quosque occurrentes. Alia translatio plana est: Quis est homo qui plantavit vineam et de novella eius non bibit et cetera. De timidis et sollicitis removendis.

Addidit quoque ne cum gentibus terre promissionis fedus inirent, sed penitus exterparent in quo

sgnit peccauit. Cum finitimis aut͡ gētib;
pacifici ꝯuiuii possent ⁊ federati essent.
Egressi nō ad pugnām
ꝯ si in numo capti
uox mlrē quā uidet
pulchrā uirginē seu iā
nuptā ⁊ uoluit eā ha
bē uxorē. nō pⁱus cubi
le eius ascēdet. donec
illa rasit cap̄ ⁊ cīcuci
dat ungues ⁊ lugubre
scema suscipiens. defle
at parentes ⁊ amicos q̄s
amisit ī bello. xxx. die
b; ut tandē luctu saci
ata. ad eplas nuptia
les conuitet. tūc liceat uiro eā humiliare.
Q si sciat̄ fuit ⁊ nō sedebit aīo eius. dimittat
eā libām. Non ei lic; ei aut reuocare eā in
suitutē aut uenūdare aliis. Maleficiū uō
suspensū in patibl'o. eadē die iussit deponi
⁊ cadaū eadē die sepeliri. qr maledcs erat
omīs pendens ī ligno. i. sufficit ad penā q̄d
tpem ⁊ maledcām suscepit mortē. ne ultra
iusteneret pena. Abhomīabile ē dño aput
dum si aut mlr ueste uirili aut uir ueste
feminea utetur. De hijs quib; fas nō
erat intrare ecclesiam dei.
Addidit ꝯ de diffītā ingrediētiū ecclām dī sic. Non
intrabit eunuch⁹ attritis ul' amputatis
testicul' ul' absciso uētro ecclām dī. nec manz
usq; ad decimā gnatōm. Amonites ⁊ moa
bites. ⁊ pt decimā gnatōm nō intrbit ī eter
nū. qr hij pp̄ ꝓpinqui hebreis exeuntib; de
egipto. occurrerīt eis cū pane ⁊ aq̄. cū sca
rent eos siti laborasse in dsto. ⁊ conduxerunt
adūs eos balaam filiū beor. Post ingressus in
ecclām dicit ingressus matrim uxor. a quo
arcebant̄ quidā ineternū. quidā ad temp⁹. s.
usq; ad aliquē tīminū dierū suor. de quib;
alibi ul' usq; ad tpē ul' tīminū successionū
de quib; h' agit. hebre⁹ vⁿus tradit dicens. ī
gdi in ecclām dī eē de filiab; isrl' ducē uxore

Addidit ne ī ob
sidione succiderent ar
bores fructuosas
ad faciendas ma
chinas. Ecia de oc
ciso īuento. s; a q̄
nesciat̄ seniores de
ꝓpinquiore urbe oc
cidet iuuencam
⁊ lotis manib; sr
eam corā sacdotib;
iurabant de īno
centia sua.

et sic in se ⁊ in gñe suo fi de pp̄ dī. ūn sim
li frustra uidet̄ ꝓmissum eē de eunucho. s;
neq; si ille uell; uxorem de isrl' ob pecuniam
ul' hereditatē ul' ob ꝯsimilib; cām ei nō licet for
te. qr solū manzerē notauit nō excludebat̄
ab ecca spuri⁹ ul' noth⁹. Manzer aū ꝓprie est
de scorto nat⁹. Spuri⁹ de ꝯcubina ꝑ spur
citia ī ꝯtinētie. noth⁹. qui de adulta. Videt̄
enī cū nō sit v'us de matrimonio fili⁹. Sic ⁊
notas febres dicim⁹. que nē quartane aut
hⁱ uident̄. nō sūt autē. Maz aut̄ nō co
pulabatur filiab; isrl'. nec filius eius ē de
legitima. nec nepos us; ad decimū successo
rem. hic potat intre ecclām. qr penit⁹ ex
tincta erat memoria antiqui obꝓbrij.
Ecclia nō solū manzres s; et spurios ex
cludit ab ordinib; de hoc q̄ ꝓhibiti s̄ duo
pp̄ intre ꝓdicti. Aug⁹. dic̄. qr in decima ge
natione potauit pp̄ ruth moabitidā que
intrauit. de qua booz filius salmon genuit
obeth. S; qr gnatōm ruth nescim⁹ ab hab
ham ꝯtempaneo moab. x. inuamus gna
tiones usq; ad matrimoniū ruth. Et autē
additū ē in ꝓhibitōe ineternū. ꝑ hoc q̄ idē
ꝓmissū ē debet exponi. s. n̄ post decimā
gnatōm. ul' qr dixit amonites ⁊ moa
bites. que noīa sūt masculini generis. nec
dixit amonitis ul' moabitis de iuris fcā
ē ꝓhibitio. n̄ de mlrib;. qr forte n̄ mlres
occurrerit hebreis in deserto.
Addidit ꝯ. Non erit meretrix nec scor
tator in isrl'. nō offeres mercedē ꝓsti
buli nec p̄ciū canis ī domū dī tui. quia
ut dic̄ io. mercedem ꝑ coitu canis uenati
cij ul' custodis gregum. n̄ licebat offerri. qr
ex his que ex contumelia ꝓcedūt. diui
nitas nō delectat̄. Itē nō fenabis pecu
niā ad usurā. nec fruges nec aliqd aliud
fr̄i tuo. s; alieno. S; q̄ dcm ē de frē. ꝓceptū
ē q̄ de alieno ꝑmissio. sic ꝑmissio fuit q̄d
sequit̄ de libello repudij. Vir aū que uxor
sua nō inueniebat grām pp̄ aliquā fedita
tē que multimode ꝓuenīt scribebat q.

manzer

ri

obeth qui genuit booz avꝰ
illiꝰ booz qui genuit obeth.
Tres ꝯmiu p̄. filiꝰ. nepos.
dcī booz. cum ē tū fui nom
vn semel posuit illd ul' illū
ī genealogia mathe⁹.

nunquam conueniebat cum ea. et causam obquam dis-
plicebat ei mulier ne conueniret et dabat
libellum in quo scripta erant hec uerba. ut co-
ram sacerdotibus legeretur. et cum iurasset uerum esse
quod scripserat. licebat utrique alii copulari. Quod si ingre-
deretur mulier ad alterum qui iterum daret ei libellum
obus asinis ferens panes et uvam passam. et
massas palatharum. id est ficuum. que inter tabulas
quas palas dicunt pressE compinguntur. Et ait sy
ba ad regem. Asinos duxi ut insideant do
mestici regis. et tuli cybaria ut alant in de
serto. Et ait rex. Ubi est miphiboseth. Qui respondit.
Remansit in ierusalem dicens. Hodie restituet
mihi David ultionem patris mei. Et ait rex sybe. Tua
sunt omnia que fuerunt miphiboseth. Venit ergo
David usque ad baurim. Et egressus vir de cogna
tione saul. nomine semei procedens lapides et
lutum maledicebat regi dicens. Egredere vir
sanguinum. ecce pervenit te mala que fecisti in do
mum saul. Quem dum vellet percutere abysai. pro
hibuit eum David dicens. Filius meus meus querit
animam meam. quanto magis filius gemini. Dimit
tite eum dominus ut maledicat mihi. Respiciat
dominus hanc afflictionem meam. fabulantur iudei hunc
semei fuisse nabath patrem ieroboam. et
nomen eius aui gemini. Et descendit David
usque ad iordanem. De consilio chusi et
Porro chusi veniens ad absolon adoravit
dicens. Salve rex. Ad quem absolon. Quare
non ivisti cum amico tuo. Qui respondit. Illius ero
quem dominus elegit et omnis israel. Cui serviam.
Nonne filio regis. Sicut patri tuo sic parebo
et tibi. Tunc ingressus est absolon coram omnibus ad
concubinas patris de consilio achitophel. ut sic
intelligeret omnis israel quod ex animo persequetur patrem
XVII et roboraret eum eos. Post dixit achitophel. Eligam
mihi. xii. milia virorum. et persequar hac nocte David. et per
cutiam eum quia fessus est et redibunt ad te uni
versi quasi unus homo. Et ait absolon. Vocemus
Factum est autem morte achitopes.
chusi et consulamus eum. et ait chusi. Non est
bonum consilium hac vice. Nosti patrem tuum et
viros eius esse fortissimos. Si primo percusserit
aliquos de tuis quicumque audierit dicet. Facta
est plaga in populo qui sequebatur absolon et tre
bunt esse tecum. Sed hoc consilium bonum. Congre
getur ad te omnis israel. et irruamus super eum
et victumque fuerit opprimemus eum. Et placuit omnibus
consilium chusi. Et dixit chusi sacerdotibus ut nun
tiarent David. ne maneret in deserto nocte illa. sed
transiret iordanem. Et abiit ancilla ad fi
lios sacerdotum qui latebant iuxta fontem rogel
quasi ad abluendum pannum ferens et indicavit
eis verbum chusi. Vidit autem eos puer quidam fi
lius ancille ut dicitur. et indicavit absolon.
Iosephus tamen dicit quosdam equites vidisse eos. et
nuntiasse absolon. Qui misit post eos ut compre
henderentur. At illi ingressi sunt in baurim do
mum mulieris rogantes ut celaret eos. Que
dimisit eos in puteum. et expandit velamen
super os putei quasi siccans tipsanas. id est or
deum ad tipsanam. et sic res latuit. Cumque
reversi essent qui missi fuerant. illi ascenden
tes de puteo nuntiaverunt David que dicta eis fuerant.
et transivit David iordanem cum suis priusquam dilu
cesceret. et venit in manaim. Porro achitofel
sciens regnum rediturum ad David et timens
invidie in manus eius. descendit in domum suam
in iugulo et laqueo se suspendit. De morte
Absolon autem absalon.
collegebat exercitum et transivit iorda
nem. et statuit amasam super exercitum pro
ioab. Hic erat filius abigail filie naas. id est ysai
sororis David. quam iosephus abigeam vocat. et erat
consobrinus ioab. Porro viri transiordanem
et maxime berzalli galaadites obtulerunt
David cibaria multa vinum et stratoria et ta
petia et vasa fictilia. Porro David divisit populum XVIII
qui cum eo erat in tres partes. unam dedit io
ab. alteram abysai. tertiam ethai getheo quem
putant filium fuisse achis amici David. Cumque
vellet egredi rex cum eis ad pugnam dixerunt.
Non ibis. Te solum querunt. alios non curant.

sugque egredientur cuneis ad pugnam circiter
viii. Stabat ergo David iuxta portam et dicebat. Ser-
vate mihi puerum absolon. Et factum est prelium
in die illa iuxta saltum effraym et fugit
exercitus absolon. cesis ex eo .xx. et plures
interfecerunt bestie saltus quam gladius. Fugiens
quoque absolon super mulum venit ad quercum con-
densam. et intercepto capite eius ramus
mulus pertransiit eo suspenso. Quod cum quispiam
nuntiasset ioab. ait ad eum. Quare non confodisti
eum. Qui respondit. Non mittem manum meam
in filium regis presertim cum audierim eum
dicentem. Servate mihi absolon. Et infixit
ioab tres lanceas in corde absolon. Quem
adhuc palpitantem interfecerunt armigeri
ioab et proiecerunt eum in foveam grandem
et comportaverunt super eum acervum lapidum. ut
duplici morte periret tamquam facinorosus.
Israel autem fugit in tabernacula sua. Porro ab-
solon adhuc vivens erexerat sibi titulum in val-
le regia que duobus stadiis distat a ierusalem
in monimentum nominis sui. Et erat nomen tituli
manus absolon. Hunc titulum putant quidam
fuisse arcum triumphalem in quo sculpta
erat manus ab absalon. Sed iosephus dicit statuam
fuisse marmoream. Tunc ait achimaas
ad ioab. Curram et nuntiabo regi. Cui respondit.
Nolite hodie nuntiare rex filius enim regis mor-
tuus est. Et ait ioab ad chusi. Vade et nun-
cia regi que vidisti. Et cucurrit chusi. Cucurrit
quoque achimaas post eum per viam compendii trans-
ivit eum. David autem sedebat inter duas portas.
Speculator vero in fastigio porte exclamavit.
Video hominem currentem solum. Et ait rex. Si
solus bonus est nuntius. Et iterum ait specu-
lator. Apparet mihi homo alter currens solus.
Dixitque rex. et iste bonus est nuntius. Et veniens
qui conclusit homines lava achimaas adora-
vit dicens. Benedictus deus qui conclusit ho-
mines levantes se contra regem. Et ait rex.
Estne pax puero absalon. At ille noluit
indicare. Chusi vero superveniens indicavit.
Et contristatus rex ascendit cenaculum por-

te. flens operto capite et clamans. Fili mi
absolon. Quis mihi tribuat ut ego moriar
pro te. absolon. fili mi. fili mi absolon. Quod audientes
populus timuit ingredi civitatem. Et ingressus io-
ab ad regem ait. Confudisti hodie vultus
eorum qui salvam fecerunt animam tuam. diligis
odientes te et odio habes diligentes te. Surge
et alloquere servos tuos alioquin non unus rema-
nebit tecum hac nocte et erit hoc malum tibi
super omnia que umquam passus es. Sedit ergo
in porta lota facie. et venit ad eum omnis
multitudo et benigne locutus est eis. De re-
ditu david in ierusalem. cap.

Porro qui secuti fuerant absalon mutuo
se hortabantur ut revocarent regem me-
morantes beneficia eius in israel. David quoque
misit ad sadoch et abiathar ut loquerentur
ad viros iuda. Hec dicit rex. Os meum et caro
mea vos. Quare novissimi reducitis regem.
Quasi diceret. Videte ne tardiores ceteris sitis.
Eos etiam lenivit amase quod principem militie
eum constitueret pro ioab. Et miserunt viri
iuda ad regem. ut rediret. Et venit rex
usque ad iordanem. Et venit omnis iuda in occur-
sum eius in galgala. Semei quoque de baurim
descendit cum eis habens secum mille viros
de benjamin. Syba quoque et filii eius et
servi transiordanem venerunt ad eum ut tra-
ducerent domum eius. Isti secundum iosephum fecerunt pon-
tem iordanis ut facilius rex transiret cum
exercitu. Cumque transisset rex adoravit semei
dicens. Ne memineris domine iniuriarum servi tui.
Scio enim peccatum meum et ideo hodie veni in occur-
sum tuum primus de omni domo ioseph.
quasi esset de tribu ioseph. sed quia habitabat in monte
effraym. Cumque abisai diceret semei occi-
dendum. dixit david. Num ignoras me hodie
factum regem super israel. ergo ne hodie interfi-
ciet vir in israel. Quasi diceret. Illos occidam qui me
hodie fecerunt regem super se. Timebat quoque si inter-
ficeretur semei quod reliqui qui similiter regem of-
fenderant. nollent eum sibi facere regem. Ait
ad semei. non morieris. Miphiboset quoque

in occursum regis illotis pedibus et intonsa barba
sua. Et vestes suas non lavaverat a die qua egressus fu-
erat rex. Hebreus habet infectis pedibus tra-
dens quod sibi fecerat pedes ligneos. Et ait rex.
Quare non venisti mecum. Qui respondens. Servus
meus contempsit me nolens michi sternere asi-
num ut cum rege irem. Insuper accusavit
me. Tu autem qui iustus es. fac quod tibi videtur.
Et ait rex. Firmum est quod locutus sum. Tu et
syba dividite possessiones. Quasi dicat. utrique vestrum
reddam. Sed quia uterque totum habere non potest. inter
vos dividatur. Dicunt quod david immemor in-
tegritatis cum ionatha iniuste iudicavit. et
ideo roboam et ieroboam diviserunt eius regnum.
Berzellai quoque qui prebuerat regi alimenta descen-
dat cum eo. Et ait rex ad eum. Veni mecum
in ierusalem et honorabo te. Qui respondit. Octogena-
rius sum hodie. non indigeo hac vicissitudine.
Chanaam filius meus vadat tecum fac ei quod tibi
videtur. Veniat et ait rex. Veniat et faciam
ei quod tibi placuit. Et rediit berzellai in locum
suum. Tunc occurrerunt ad regem omnes viri
israel. et indignantes dixerunt. Quare te furati
sunt fratres nostri viri iuda. et traduxerunt te sine
nobis. Et respondit iudas. quia propior michi est rex. Et
ait israel. Decem partibus ego maior sum. Io-
magis ad me pertinet david quam ad te. Preser-
tim cum primogenitus sum. Cumque diu cer-
tamen dixissent viri iuda. syba filius bocri ie-
mineus cecinit bucina et ait. Non est
nobis pars in filio ysai. Revertere in tabernacula
tua israel et recedentes a david. secuti sunt sy-
bam. Viri autem iuda reduxerunt regem suum
in ierusalem. De morte amase et sybe.

XX. Rex autem .x. concubinas ad quas ingressus
fuerat absalon reclusit in custodiam
in viduitatis. nec est ingressus ad eas. Et ait
rex amase quasi principi milicie. Congrega
michi viros iuda in diem tercium. Abiit ergo a-
masa et moratus est extra placitum. Et ait
rex abysai non ad ioab quem iam amoverat
a principatu. Tunc iosephus dicit eum dixisse ad io-
ab. Tolle servos domini tui et persequere sybam
ne effugiat nos. Et egressi sunt cum eo omnes
robusti de ierusalem et occurrit ei amasa re-
diens iuxta lapidem grandem qui est in gaba-
on. Porro ioab vestitus erat tunica stric-
ta. Iosephus tunicam dicit loricam et accinctus gladio
fabrefacto qui levi motu egredi poterat. et arte
quadam simulans quasi cecidisset gladius. et cum re-
cepisset eum. dextra manu tenuit mentum
amase quasi osculans eum et sinistra percus-
sit eum in latere et effudit eius intestina. Io-
ab autem et abysai persecuti sunt sybam et sub-
sistebant venientes ad mortuum in via. Vir
autem quidam amovit eum in agrum et operuit
ne subsisterent transeuntes clamans quod iuste
mortuus esset quia in dolo moram fecerat redire
ad regem. Ioab vero cum exercitu obsedit sybam
in abela et moliebatur destruere muros
urbis. Et exclamavit ad eum mulier sapiens de
civitate. Sermo dicebatur in vetere proverbio. Qui
interrogant interrogent in abela. Quasi dicat. Hec est
urbs consilii ab antiquo. Quare queris evertere ma-
trem civitatum in israel. Quare precipitas hereditatem
tem domini. Hebreus non habet proverbio. et est sensus
secundum eum. Sermo dicebatur in veteri. id est quondam in le-
ge dictum est ut israel prius offerat pacem hostibus quam
aggrediatur eos. Quare ergo precipitas hereditatem
domini. id est cur non servas legem israelitis
que servata est in alienigenis. Prea legit hebe-
us quod in positum est ad conminationem urbis pro pace
exponentem. Et respondit ioab ad eam. Non quero evertere
urbem sed sibam filium bocri. qui levavit
manum suam contra david. Et locuta est mulier ci-
vibus sapienter. Qui abscisum caput sibe proie-
cerunt ad ioab. Tunc reversus est exercitus in ierusalem
ad regem et restituit rex ioab super exercitum
et alios ministeriales in officiis suis sicut supra
hoc addito. quod aduram statuit super tributa colli-
genda. et quod yram fecit esse sacerdos david prius.

XXI. De .vij. viris suspensis in ulti-
one gabaonitarum.

Facta est quoque fames in diebus david tribus annis iugiter. Et consu-
luit david dominum. Qui dixit. Hic fuit pro saul et domum
eius. qui occiderit gabaonitas quia pro zelo

filiorum isrl' iuxta iuramentum fecerant iuramentum iosue & se
niorum. Et ait dd ad gabaonitas. Quid faciam
vobis verbum ut benedicatis hereditatem domini. Qui
dixerunt. Virum qui attrivit nos dele debemus ut
nec unus quidem residuus sit de stirpe eius. Sed quia
dd hoc facere non poterat propter iuramentum quo iuraverat
ionathe temperavit petitionem dicentes. Dentur
vii. viri de filiis eius ut crucifigamus domino. Pep
percit rex miphiboseth filio ionathe & tradidit
eis filios duos saul. quos peperit ei respha. Isti
adhuc pueri cum doeth occiderunt sacerdotes no
be & propterea gabaonitas. Dedit quoque eis v. filios
micol adoptatos scilicet quos genuerat merob a
adraeli. Gabaonite non crucifixerunt eos in diebus
messis prime. i. incipiente messione ordei.
Indutus autem respha cilicium substravit sibi super
petram cubans iuxta eos die ac nocte. ut
amoveret ab eis aves & bestias ab initio
messis donec stillaret super eos aqua. i. usque
circa kalendas septembris. Tunc enim iuxta naturam
terre post messem pluvia descendit. hanc
respham quidam non bene putant fuisse or
pham nurum noemi. Audiens autem dd
quod fecerat respha deposuit eos de patibulis &
tollens ossa saul & ionathe de iabis gala
ad. & ossa eorum qui affixi fuerant sepelivit
ea in sepulchro cis patris eorum. Quo facto reddi
dit deus ubertatem terre. De iiii. preliis david.

Factum est autem iterum prelium philisteorum
adversus isrl'. & pugnabat dd cum suis
adversus eos. Cumque fere defecisset dd pugnando
iesbidenob qui fuit de genere arapha nisus est
percutere dd. & interposuit se abisai & occidit phi
listeum. Hunc tradunt hebrei fuisse de genere
giganteo. Arapham dicunt fuisse orpham nurum
noemi. que peperit viro getheo. iiii^or. gigan
tes qui hic memorantur. Iesbedenob. sephi. go
liam. & quartum hominem senos digitos in ma
nibus & pedibus. Tunc iuraverunt viri dd dicen
tes. Iam non egredieris nobiscum in prelium. ne ex
tinguas lucernam israel. ¶ Occasione hu
ius ultimi prelii epilogat hystoria hic cetera superio
ra prelia dd nominata. non eo ... tamen ordine quo

gesta sunt. quorum primum fuit in gob. urbs est que et
iaser dicitur in quo percussit sobochai sephi de ge
nere gygantum. Aliud quoque prelium fuit in gob.
in quo secundum iosephum apparuit vir fortis e
phron cognatus dd. qui suos in fugam versos solus
plurimos hostium peremit & alios in fugam con
vertit. Liber regum in hoc loco ponit prelium dd contra
goliam in hunc modum. In quo percussit adeodatus
filius saltus polimitarius bethleemites
goliath getheum. his iiii^or. nominibus exprimitur
dd. & dicitur adeodatus. quia ad liberationem isrl'
datus est a deo in regem. Filius saltus quia de
pascuis & saltu assumptus est. Polimitarius
de genere beseleel polimitarii fuit mater eius.
vel quia multis modis ampliavit cultum domini.
Bethleemites de sua patria. Memoratur quoque
& aliud prelium in quo ionathas filius samaa
fratris dd percussit virum hominem senos digitos
in pedibus & manibus. Expeditus itaque
a preliis locutus est domino verba carminis huius
in die qua liberavit eum dd de manu omnium
inimicorum suorum & de manu saul. & ait
Petra mea. &c. In psalmus secundum translationem nos
tram ita legitur. Diligam te domine fortitudo mea
firmamentum meum & refugium meum. Can
ticum sumpsit esdras ex verbis super positis
die qua liberavit eum dominus. &c. Iosephus. hic dicit
quod cum dd pace altissima frueretur cantica
& ympnos composuit. alios trimetros. alios
pentametros. diversa faciens organa in quibus le
vite per sabba & alias sollempnitates ympni
dicerent. et ponit iosephus differentiam inter psalterium
& nablum. et est psalterium canora cytharis
cordis coaptata que cum plectro percutitur
nablum vero xii. sonos habens digitis tan
gitur. Post carmen super dictum addidit dd loquens
tamquam de alio. Hec sunt verba novissima
dd filius ysai dixit. Vir cui constitutum est
i. promissio facta de christo dei iacob. Hebrei habent
dixit vir levatus super christum dei iacob. i. super
alios exaltatus & unctus a deo. propter verba hec
quidam dicunt post dictum prelium novissime
a dd. sed verius est ut dicamus novissima verba dd

que secuntur. Sp̄c dn̄i locutus ē p me. 7c. 7 ē for
te psalmus nouissime scriptus. In aliis .cl. an
numeratus. **Cathologus fortium dauid.**

Porro circa regem erant fortissimi quorum
insigniores fuerunt .xxxvi. insignior tamen ce
teris erat dd. sedens in cathedra sapientissimus.
7 ita erant .xxxvii. annumerato dd. porro de
illis .vi. post dd qui erat s. .xxx. tres erant for
tissimi. alii tres non adeo fortes. sed tamen fortiores
reliquis .xxx. ut qui dicuntur primi .xxx. erant
fortes. tres uero fortiores eis. tres uero reliqui
fortissimi. et hanc exponentem cathalogus
.xxxvi. fortium incipit ibi. princeps inter tres.
ipse est qui tenerrimus ligni uermiculus. qui .dccc. in
terfecit impetu uno. Iosephus dicit .xc. paralipomenon
uocat eum iesboam. Iosephus. eusebium. 7 secunda lege uel h
frequens fuit non quantum h commemoratur. post hunc erat
eleazar filius patrui dd. qui percussit philisteos
donec deficeret manus eius 7 obrigesceret cum gladio. post
hunc erat semaa ararites. quem Iosephus. semaiam
uocat. qui cum fugissent ceteri. solus stetit in agro
lentis. et percussit philisteos 7 fecit salutem in
israel. his tribus Iosephus attribuit delationem aque de
cisterna bethleem. hystoria uero regum refert
id ad tres sequentes quos fortiores dixit. Quorum
primus erat abysai frater ioab. ipse est qui leuauit
hastam suam contra .ccc. quos interfecit optimus quidem
sed usque ad tres primos non peruenit. post hunc erat
banaias. qui percussit duos leones moab. id est
principes quos paralipomenon dicit arietes. ipse quoque
interfecit uirum egyptium. id est imitatorem egyptium
blasphemantis dominum. quem interfecit moyses. hunc dicunt
hebrei fuisse semei. quem post interfecit banaias
sub salomone. alium quoque uirum egyptium interfecit dignum
spectaculo. altitudinis .v. cubitorum habentem in
manu hastam. ad quem uenit banaias in uirga
7 extorsit hastam de manu eius 7 occidit eum
hasta sua. Ieronimus tamen dicit hoc quod dicitur de alio egyptio
de semei qui habuit hastam suam in manu. id est le
gem dei. quam si meditatus fuisset permanendo in ierusalem
non periret. Item occidit leonem in huiusmodi. Tempe
re niuis lapsus est leo in cisternam qui nullum uidens
egressum. orificium enim cisterne niue dampnatum

erat rugiebat. Hunc audiens banaias dum iter
ageret descendit ad eum in baculo manu. eumque percussit.
Tercium de fortioribus nec regum nec Iosephus ponit hic. sed re
ferendum est ad sobochai. de quo in precedentibus dictum est. Isti
tres opus fecerunt magnificum quod sequitur. philistei
quondam castra posuerant in ualle raphaim usque ad ci
uitatem bethleem 7 erat penuria aque in ierusalem.
Dauid autem ascenderat in arcem ad consulendum dominum 7
commendabat coram astantibus aquam de bethleem. 7 pre
cipue eam que erat in puteo iuxta portam. Tunc isti tres
per medium hostium irrumpentes. uenerunt ad bethleem.
Et haurientes aquam deinde ad regem per eorum castra
reuersi sunt. ita ut palestini fiduciam eorum obstupes
centes ad irruitionem cessarent. delata siquidem
aqua noluit rex bibere dicens. Numquam sanguinem
istorum 7 animarum periculum bibam. et effudit eam tamquam
libamen domino de salute uirorum gratias agens. Ab
hac enumeratione fortium hebrei dissentiunt. nominans
tamen .xxxvi. fortes 7 in tribus primis quos fortissimos
diximus nominat ipsum dd. sic. dauid sedens in ca
thedra sapientissimus princeps inter tres. ipse est
quasi tenerrimus ligni uermiculus. 7c. que non mutan
tur. 7 dicunt eum multos occidisse impetu uno. scilicet
pro peccato quod impetuose fecit in bersabee mille occisi sunt.
Comparatur autem dd uermiculo ligni. qui teredo uel
terebella dicitur. qui mollis durum lignum perforat.
dum tangitur nichil mollius illo. cum tangit nichil
durius. sic 7 dd in psalteriis 7 domi 7 circa subiec
tos mansuetior fuit ceteris. In tympano 7 contra
hostes nullus eo acutior. 7 commendatur hic
dd in tribus. In sapientia. humilitate 7 fortitudine.
Porro reliqui .xxx. quos fortes diximus. precia
enumerantur. inter quos non enumeratur ioab. uel quia
princeps erat aliorum. uel quia indignus propter mortem
abner 7 amase. **De nouo populi 7 altari**

Factum est **erecto a dauid. .xxv.**
autem post famem prius immissam a domino. addi
dit furor domini irasci contra israel. furorem dei uidetur
qui exponunt pali [...] silo. quod propter occisionem urie
pomenon dicens. [...] 7 propter uxore eius eis accidit
consurrexit sathan aduersus [...] disse legitur.
israel 7 incitauit dd ut numeraret populum. Dixitque
rex ad ioab. Perambula omnes tribus israel 7 nume(ra)

p(o)p(u)li ut sciam numerum ei(us). Intelligens autem ioab q(uod)
ex elatione h(oc) diceret ait. Adaugeat d(eu)s ad
p(o)p(u)l(u)m tuum. Sed quid sibi vult d(omi)n(u)s rex in hac
re. q(uasi) d(iceret). Vide ne offendas d(eu)m. Cumq(ue) nollet
rex mutare propositum. egressus ioab et princi
pes militum numerauerunt p(o)p(u)l(u)m. et redierunt
post .ix. menses et .xx. dies in ier(usa)l(e)m cum de
scriptione redacta in scriptis. et inuenta sunt
de isr(ae)l .dccc. m(ilia). uiror(um). et de iuda .l. pugna
tor(um). In paralipomenon longe plura leguntur
m. milia. et c m. et dicitur ioab subtrac(ta)
isse regi partem. Peccauit autem d(aui)d in duob(us)
q(uia) superbe numerauit. et q(uia) quisq(ue) numerator non
reddidit pecuniam d(omi)no .iiii. siclor(um) argenti
sicut scriptum erat in lege moysi. Qu(a)e attendens
d(aui)d ait ad d(omi)n(u)m. Obsecro d(omi)ne transfer iniqui
tatem serui tui q(uia) peccaui nimis. Diluculo
misit ad eum d(omi)n(u)s gad prophetam. tres sup
plicii conditiones supplicii portantem. Qui ait.
Aut .vii. annis ueniet tibi fames in regno
tuo. aut tribus mensibus fugies aduersarios tu
os. aut tribus diebus erit pestilentia in populo
tuo. Et ait d(aui)d. Coartor nimis. q(uasi) d(iceret). Si fa
mem eligo/ pauperum erit supplicium et non di
uitum. Si uictoriam hostium. supplicium erit
exercitus. et non meum. qui circumuallabor fortis
simis. Eligam ergo plagam communem regi et ple
bi. Melius est enim ut incidam in manus dei
misericordis. quam in manus hominis. Misit ergo d(omi)n(u)s
pestilentiam in isr(ae)l de mane usq(ue) ad tempus consti
tutum .i. usq(ue) ad horam prandii s(ecundum) iosephum. uel usq(ue)
ad horam sacrificii uespertini s(ecundum) alios. et mortui
sunt de populo ex(cep)tis ier(usa)l(e)m .lxx. m(ilia) uiror(um). In paralipomenon
legitur fere .ccc. Et aiunt hebrei ibi positum nu
merum pleb(is). hic autem numerum nobilium. Porro cum
extendisset angelus percussor manum suam ad ier(usa)l(e)m ut
disperderet eam et staret iuxta aream areuna
iebusei qui et ornan dicitur. uidit eum d(aui)d stantem
gladio euaginato et clamauit. Ego sum
qui peccaui. isti qui oues sunt quid fecerunt.
Vertatur obsecro manus tua contra me et
contra domum patris mei. Et misertus d(omi)n(u)s ait
ad angelum. Sufficit. contine manum tuam

Hoc q(uod) in exo(do) script(um) est q(uod) tulit summam filior(um) isr(ae)l iuxta numerum dabit singuli pretium animarum suarum d(omi)no et non erit plaga in eis

In illa die dixit gad ad d(aui)d. Constitue al
tare domino in area areuna iebusei. Et
ascendens d(aui)d dixit ad areunam. Vende mi
aream tuam ut edificem ibi altare d(omi)no. et
cesset interfectio. Qui respondit. Accipiat eam d(omi)n(u)s
m(eu)s gratis. habet quoq(ue) boues in holocaustum
et plaustrum et iuga boum in usum lignorum. Et
ait rex. Nequaquam. Sed emam pretio. et non
offeram d(omi)no holocausta gratuita. Emit ergo
d(aui)d aream .dc. siclis auri. ut in paralipomenon
legitur. et boues argenti siclis .l. et edificauit
ibi altare d(omi)no. et obtulit holocausta et pa
cifica. et propitiatus est d(eu)s terre. Hic est mons mo
ria ut aiunt hebrei. in quo habraham uo
luit offerre filium. et obtulit arietem pro eo. Eo
tempestate tabernaculum et altare quod fecerat
moyses erat in excelso gabaon licet archa
esset in ier(usa)l(e)m. Cumq(ue) propheta gad templum
futurum. decreuit d(aui)d ut locus ille uocaretur
area populi. Explicit liber s(e)c(un)d(u)s.

Incipiunt tytuli sup(er) tertium. Regum.

De unctione salomonis in regem.
De .ii. unctione salomonis h(oc) totum capitulum
De morte d(aui)d. s(ecundum) de iosepho.
De morte adonie et ioab et semei.
De somnio salomonis.
De iudicio meretricum
De profectis salomonis et inuentione exorcismi
De operariis templi
De edificatione templi.
De ornatu interioris domus.
De cherubin.
De porticu templi.
De edificatione domorum.
De atrio interiori.
De atrio mundorum.
De atrio mulierum.
De altari et mari eneo.
De luteribus
De uasis altaris
De dedicatione templi.
De domo saltus.

De basilica et domo regia.
De opidis datis hyram.
De opibus salomonis.
De regina saba.
De adversariis salomonis et morte eius.
De roboam et divisione regni.
De ieroboam et abdo et vitulis.
De morte roboam.
De morte roboam.
De rege abya.
De asa et regibus israel. nadab. baasa et hela.
De zamri et amri.
De achab et iezabel et helya.
De sacerdotibus quos interfecit helyas.
De fuga helye et vocatione helysei.
De prima obsidione samarie.
De victoria achab.
De vinea naboth.
De morte achab.
De iosaphat.

De unctione salomonis in regem.
Incipit liber Regum tertius.

Incipit secundum hebreos malachim quod sonat regum. quia licet in precedenti opere actum sit de duobus regibus hebreorum non simul regnantibus tamen quia in isto opere agitur de regibus qui simul regnaverunt in iuda et israel. initio regni dicitur. Et rex david senuerat. Cumque operiretur vestibus non calefiebat. et invenerunt ei abisag sunamitem puellam pulchram nimis. que dormiebat cum rege et calefaciebat eum et ministrabat ei. Rex autem non cognovit eam. Adonias autem quartus filius david cum esset pergenitus inter superstites filios regis fiduciam habuit regnandi. et fecit sibi currum et equites nec corripuit eum pater. et sermo eius erat cum ioab et abiathar sacerdote. Alii vero ministeriales regis et robur exercitus non erat cum eo. Preparavit autem adonias sollempne convivium in orto regali iuxta fontem rogel. et vocavit filios regis et suos. Robustos autem si non faventes et salomonem non vocavit. Nathan autem monuit bersabee ut intraret ad regem. et posuit verba sua in ore eius. Que ingressa ad regem ait. Domine mi. iurasti ancille tue salomon filius tuus regnabit post me. et ecce adonias regnat te ignorante. Cumque alios vocatis ad convivium filium meum non vocavit. scio quia cum dormieris cum patribus tuis ego et filius meus erimus peccatores. id est iudicabimur morte digni. ego ut adultera. ille ut adulterie filius. Adhuc ea loquente. intravit nathan et ait. Domine mi rex dixisti tu adonias regnet post me. et non indicasti mihi servo tuo. Et ait rex ad bersabee. Vivit dominus qui eruit animam meam de omni angustia. quia sicut iuravi tibi sic faciam hodie. et dixit ad sadoch et nathan et banaiam. Tollite vobiscum servos domini vestri et ponite salomonem filium meum super mulam meam. et ungat eum in regem sadoch et nathan ad fontem gion. et canentes ponite eum super solium meum. Et sic banaias ait. Sumpsitque sadoch cornu olei de tabernaculo et unxit eum et cecinit buccina et dixit omnis populus. vivat rex salomon. Et insonuit terra a clamore eorum. et sedente salomone super thronum adoravit david in lectulo suo dominum qui dedit ei sedentem in solio intuentibus oculis suis. Porro adonias et invitati ab eo cum estimarent tumultum esse in civitate. cucurrit ad eos ionathas filius abiathar indicans eis que facta fuerunt. et abiit unusquisque in domum suam. Adonias autem timens salomonem abiit in tabernaculum et tenuit cornu altaris thimiamatis dicens se non egressurum nisi rex iuraret ei de vita conservanda. et iuravit ei salomon dicens. Vade in domum tuam. De .ii. unctione salomonis. In toto capitulo et de iosepho.

Volens autem david ostendere populo regem se filium fecisse. convocavit in ierusalem principes universos sacerdotes et levitas. et iuncto rege salomone et confirmato ab omnibus regno salomonis coram omnibus precepit salomoni de legum custodia et iustitia et pietate. et precepit ut edificaret templum deo dicens se iam preparasse ei auri .x. talenta argenti vero .c.

ferri vero et eris super numerum. lapidum quoque et lignorum
maximam copiam. Levitas quoque divisit in tres
ordines. In aaronitas. moysitas et levitas.
Aaronitas quoque divisit per generationes et invenit
familias de eleazar .xvi. et de ithamar .viii. et elegit
ex unaquaque earum unum pontificem. precipiens
ut singuli ministrarent a sabbato in sabbatum.
Sadoch tamen et abiathar preerant universis et
conjecerunt sortes coram rege de ebdomadibus
ordinandis. De levitis vero instituit cura
tores fabrice templi .xxiiii. hii dicti sunt
nathinnei. Iudices autem et scribas .vi. Ia
nitores autem domus dei .iiii. et totidem qui hymnos
dicerent. Post hec divisit exercitum in choortes .xii.
Habebat autem choors .xxiiii. Quam precepit
observare salomonem per trenos dies. Moysie
tas vero aliquantulum honoravit. Fecit enim eos
custodes thesaurorum dei et vasorum que reges
deo dicare contingeret. et collecte ecclesie om
nem dispositionem suam indicavit. deposcens
filios suos quod non generent fratrem minimum inter
eos sublimatum quem sic mandaverat. Sic et
ipse minimus inter fratres inventus fuerat. descriptionem
vero omnem et constitutionem edificii templi omnibus
suadentibus salomoni tradidit. Sed et tunc oblocius
primicias faciens .iii. talentorum auri obtulit
ad aditum et currum dei faciendum. quo et cheru
bin essent. sub quorum constituerent archam. Prin
cipes vero et sacerdotes. levite et seniores populi.
obtulerunt auri talenta .v. et stateres .x. ar
genti vero .x. et lapides preciosos plures. quorum
custodiam habuit pronepos moysi iabis vel
Appropinqua- De morte david. iateth.
verunt autem dies david ut moreretur et
tradidit salomoni mandata de dei cultu et
lege servanda. et pietate et iusticia erga suos
memorans promissionem dei sibi factam de
semine suo iugiter regnaturo si custodierit
filii testamentum eius et testimonia que
docet eos. Tamen vero superaddidit de ioab et fi
liis berzellai et de semei dicens. Nosti que
fecit ioab per invidiam abner et amase. et ef
fudit sanguinem belli in pace. id est sanguinem
belli

qui non debet fundi nisi in bello. fudit in tempore
pacis et eorum cum quibus habebat pacem. et posuit
cruorem prelii in balteo suo. et in calciamen
to suo. id est cruor non est respersus super arma ipsius
quia cum eis non dimicabat. sed super vestes eius
qui pacifice eis loquebatur. et est sensus non in
sed dolo occidit eos. vel aliter. viri bellatores in
signia operum suorum in armis suis describebant
ad ostentationem glorie. Sed cum ioab hec tamquam fa
cinora ostentare publice non auderet. saltem
in balteo et in calciamento descripsit. et addidit
david. Facies ergo iuxta sapientiam tuam ne descendat
pacifice ad inferos. Sed et filiis berzellai red
des gratiam et erunt commensales tui. Semei quoque ie
meneum qui maledixit michi non pacieris esse impu
nitum. Et mortuus est david et sepultus in civitate
david cum regnasset .xl. annis circa tumulum
cuius fecit salo. viii. loculos thesaurorum. Quorum
unum post .i. ccc. annos aperuit hircanus
pontifex. et alium herodes sicut infra dicetur.
Alii vero nondum manifesti sunt mechani
ce id est magna arte reconditi. Incidentia.
In diebus david carthago condita est ut quidam
volunt a kartedone tyrio. vel ut alii dicunt
a filia eius didone. Latinorum rex silvius
latinus. prophetavit autem sub eo gad. nathan.
asaph. De morte adonie. et ioab et
Dedit salo. super semei. cap.
efunctum patris sui et procedente tempore
adonias supplicavit bersabee ut impe
traret a rege sibi dari abisag sunamitem in
uxorem. Que cum intulisset ad regem posita
est ei thronus ad dexteram regis et ait. parvam
peticionem deprecor a te ne confundas faciem
meam. Detur abisag sunamites adonie
fratri tuo uxor. Et indignatus rex ait. quare
postulas hanc. Immo postula ei et regnum. Ipse
enim est frater meus maior. et habet secum pontificem
abiathar et ioab. Abisag est que regina
et potens. Contra animam suam locutus est
adonias. et in opprobrium patris. Vivit dominus
quia hodie occidetur. et interfecit eum per manum
banaie filium ioiade. Abiathar quoque sa

dom dixit rex. Vade in agrū tuū ne amplius
ad faciem meā ingrediaris. vir mortis es.
sȝ h̄ te libat. q̄r cū p̄re meo sepe laborasti.
⁊ portasti archam corā eo. Abiecto ḡ abia
thar ꝑ salamō ē sacdotiū a sadoch ⁊ de do
mo ythamar ad domū eleazar. Sic samu
el heli p̄dixat. Fuīunt aū p̄t phinees filiū
eleazari p̄uati sacdotio. v. Joseph q̄ genuit
ioatham. Q' mareoth. Qui asophi. Q' achy
tobi. Qui sadoch. Porro ioab fugit in tab
naclm dn̄i ⁊ apphendit cornu altaris et
misit rex banaiā ut auocaret eū ⁊ ait
ioab. Non egrediar. sȝ moriar h̄. Q cū nunci
asset banaias regi. dix̄ ei rex. Fac ei sic lo
cut⁹ ē. et interfecit eū banaias ad cornu
altaris ⁊ sepultus ē in domo sua in deserto.
Constituit rex banaiā p eo sup exercitum.
Uocauit q̄q; rex semei ⁊ ait. Habita in ihrlm
⁊ n̄ egredieris inde. Quacūq; die transieris tor
rentē cedron. scito te interficiend'. Q' ait. Bon⁹
ē sermo regis. sic faciam ⁊ habitauit in ihrlm
trib; ānis. Factū ē aū p̄t h̄ ut fugerent serui
semei ad achis regem geth ⁊ descendit se
mei in geth ⁊ reduxit eos. Q cū nunciatū
esset salo. dixit ad eū. Cur transisti iniuri
andu regis ⁊ mandatū eius transgressus
es. Reddidit aū dn̄s maliciā quā fecisti
patri meo in cap tuū. ⁊ interfec̄ eum rex p
manū banaie ⁊ confirmatū ē regnū in
manu salomonis. De sompnio salomo
Porro salom dux' in III. cap
uxorē filiā pharaonis regis egypti.
de qua ut aiunt hebrei genuit filiū qui ē
natam cū ipse adhuc ageret ut quidā dicunt
undecimū annū ⁊ induxit eam in ciuitatē
dd. Nondū enī sibi fecerat domū. porro tā
posuerat se facturū domū dn̄o ⁊ domū s. ⁊ do
mū ambire ihrlm muro triplici. ut in primo
ambitu esset templū et mansiones ebdōari
oꝝ. Domus quoq; regia cū mansionib; do
mesticorū. In sc̄do habitarent potentes uiri
⁊ prophe. ubi iuxta leg. de aphulla q' habitaret
in scd'a. In tercio opifices. P't h̄ ascend' salo.

in gabaon ut immolaret in excelso. ⁊ dicitur
gabaon nō eē ꝓprium nomē loci. sȝ appellatiū.
⁊ interp'r coll' excels'. Jose. ei d' eū ascendisse
in ebron. ⁊ obtulit mille hostias in holocaustū
sup altare q'd fecerat moyses. ⁊ apparuit ei dn̄s
in nocte p sompniū dicens. Postula q'd uis ut
dem t̄. Qui ait. Dn̄e ds̄ ego sū puer paruul⁹ ⁊
ignorans ingressum ⁊ egressū meū. da ḡ cor do
cibile suo tuo. ut possim iudicare pp̄l'm tuū
⁊ discernere int' bonū ⁊ malū. ⁊ placuit
sermo coram dn̄o ⁊ ait ad eū. Q'a nō postulasti
uitē iudiciū hoīm. adiū et dies multos ⁊
diuicias. ⁊ aīam tuā inimicorꝫ tuorꝫ. fe
ci t̄ sc'dm sermones tuos. dedi t̄ cor sapiens
intentū q' nullus an̄ te similis tui fuit. Sȝ ⁊
h̄ que n̄ postulasti dedi t̄. Si tn̄ ambulaueris
in uijs meis sic p̄r tuus. Et euigilans
salo. intellexit q' esset sompniū. i. reuelatio fc̄a
p sompniū. ⁊ reuersus in ihrlm corā archa dn̄i
gr̄as agens. obtulit holocausta ⁊ pacifica.
Tunc De iudicio meretricum.
Uenerunt due mulieres meretrices ad re
gem. quarꝫ una ait. Ego ⁊ mlr h̄ habitaba
mus sole in domo una. Cūq; peperissem. t̄
cia die p't peperit ⁊ h̄. Mortuus est aū fi
lius eius quem noctis silentio posuit i
sinu meo ⁊ filiū meū uiuentē collocauit
in sinu suo. Mane diligentius intuens dep
hendi illū n̄ eē meū qui mortuus fuat.
Dixit alta. Non ē ita. sȝ filius tuus mortu⁹
ē. meus aū uiuit. Cūq; mēs oīu in huiu
rei discrimine hesitaret rex soluit eam
inopinate. ⁊ allato gladio ut ait iose. p
cepit utrūq; infantē diuidi. ut utraq; me
dietatē uiui ⁊ mortui acciperet. Q' audi
ens mat' uiuentis commota sūt uiscera ei⁹
sup filio suo ⁊ ait. Obsecro dn̄e. da illi in
fantē uiuū. Sufficit m̄ si uideam eū ui
uere. Alt'a dicebat. Nequaquā. sȝ diuidatur.
Et agnoscens rex uocem utriusq; de uero
fonte cordis prolatam. ait. Date huic infan
tem uiuū. hec ē mr̄ eius. Et attendens
omnis isr'l diuinā in rege eē sapientiā.

timuerunt eum et amicitati sunt assessores eius
qui prius simiam que ab adolescentem plata
deridebant. III Porro banaias erat super ex
ercitum. Sadoch autem sacerdos azarias filius na
than super custodes regis. Zabud filius na
than sacerdos regis .i. cancellarius et ysaiar
prepositus domus .i. procurator. et adurum
super tributa. De prefectis salomonis et inven

h. Habebat enim tione exorcismorum
salo. xii. prefectos super omnem
israel. qui per singulos menses singuli preb(eb)ant
necessaria regi et domui eius. Quorum uni re
liquis presidebat. scilicet achimaas habens base
math filiam salo. in uxorem. licet et unus de
reliquis aliam haberet filiam salo. Erat autem
cibus salo. per dies singulos chori. xxx. simi
le. et lx. chori farine. x. boves pingues
et xx. boves pascuales. et c. arietes. ex
cepta venatione cervorum. capreorum. buba
lorum et avium altilium. Sed et pisces cottidie
ab alienigenis portabantur. Et erat sum
ma pax in terra. Et habebat salo. xl. equorum
currilium. et xii. equitum. quorum medietas
regi in ierusalem obsequebatur. Reliqui vero
per vicos regios dispositi manebant. prefectus
vero ille qui ministrabat expensas mense
et equis ordeum et paleam ministrabat
devehens omnia ad locum ubi rex mora
batur. et precellebat rex sapientia omnes orien
tales et egyptios et hebreos. et. iiii. filios
moab nominatissimos. eman. et ethan.
calcal. et dorda. et scripsit libros de canticis et
modulationibus in numero mille. v. parabolarum
quoque scripsit .iii. Et disputavit de natura
arborum et herbarum a cedro usque ad ysopum. De
his quoque omnium animantium philosophatus est
pro unaquaque parabola dicens. Excogitavit et
adiurationes quibus egritudines solent mi
tigari. alias quoque quibus demones eiciuntur. et
alias quibus obstricti non redirent. Excogita
vit et caracteres qui inscribebantur gemmis
que posite in naribus arrepticii cum radice salo
monis monstrata statim eum a demonibus liberabat.

Hec scientia plurimum valuit in gente hebreorum. et
maxime necessaria erat. Ante adventum enim christi
sepius homines a demonibus vexabantur. Iosephus quoque
testatur se vidisse quendam eleazar exorcistam
coram vespasiano et filiis eius et tribunis in
hunc modum procedentem curantem vexatos a de
monibus. et ut probaret eis demonem egressum
ponebat vas aque in medio et imperabat demoni egresso ut
everteret in argumentum sue egressionis. et ita
fiebat. De operariis templi.

Misit autem salo. ad yram regem tyri dicens.
Volo edificare templum domino sicut locutus
est patri meo. precipe ergo servis tuis ut precidant
mihi cedros de lybano. et mercedem eorum dabo tibi
quam pecieris. Et rescripsit ei yram dicens.
Servi mei deponent ligna de lybano usque ad
mare. et deferent in ratibus usque ad locum quem
significaveris mihi. et tu de portu tolles. et
prebebis necessaria domui mee. Itaque yram pre
bebat salo. ligna cedrina et abiegna que a
bundabant sydoniis. Salo. autem supplebat impensas
eorum in cibis. prebens yram singulis annis cho
ros tritici. xx. et totidem batos olei. eandem
vini mensuram. Porro salo. elegit operarios
de israel proselitos. de israelitis enim neminem fecit
servire. Et erat indictio. xxx. virorum. i. sum
ma eorum quibus hec indicebatur. vel forte indic
tio est determinata hominum collectio. sicut chorus
et legio. et mittebat eos in libanum cum servis
yram. x. per singulos menses vicissim. ut duo
mensibus revertentes ad propria requiescerent. et ter
tio mense priores ad laborem denuo reverte
rentur. et preerat adoniram huic indictioni. Fue
runt salo. lxx. latomorum. i. lapidicinarum in
monte. quibus prefecit de israelitis .iii. milia
qui precipiebant operariis. Porro latomi in
lapidicina lapides grandes et preciosos .i. mar
moreos scopolabant et quadrabant. qui a
deo grandes fuerunt in fundamento ut dicit iosephus
quod multi ex eis habebant in longitudine
cubitos. xx. in latitudine. x. in altitudine
v. Quadratos quoque lapides dolaverunt cemen

salo · et cemitarii hiram. Dolatos uero parauerunt biblii polientes et sculpentes non solum lapides sed et ligna. Est autem biblos ciuitas phenicis de qua ezechiel senes biblii et prudentes eius. Et sic omnia extra urbem dolata et perfecta sunt quod malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo domini cum edificaretur. Fuisse autem equi qui omnia portabant . lxx . m . fabulantur iudei ad erudendos lapides celitus habuisse salo . sanguinem uermiculi qui thamir dicitur quo aspersa marmora facile secabantur. Quod inuenit hoc modo. Erat salomoni struccio habens pullum et inclusus est pullus sub uase uitreo. Quem cum uideret struccio sed habere nequiret. de deserto tulit uermiculum cuius sanguine liniuit uitrum et confractum est. Videns autem salo. cacumen montis moria angustum. dedecit illud et in aream spatiis amplioribus diffudit. De edificatione templi.

Factum est quadringentesimo . lxxx . annos egressionis israel de egypto anno . iiii . regni salo. mense secundo. qui zius apud hebreos dicitur. apud nos maius. cepit salo. edificare domum domino de marmore candido. quod paruum dicitur. Iosephus tamen dicit anno . d . secundo egressionis de egypto. describens tamen annos etatum precedentium dicens ab abraham fluxisse annos . i . xx . a diluuio . i . ccccc . ab adam . iii . c . et duo. Habebat autem domus in longitudine cubitos . lx . In latitudine uero . xx . Pars autem anterior que sancta dicitur et erat ab oriente . xl . erat cubitorum in longitudine. reliqua pars ad occidentem . xx . cubitorum. et dicebatur sancta sanctorum. Porro in altitudine . xxx . cubitos habebat usque ad primum tablatum. Super quod secunda mansio erigebatur . xxx . cubitis usque ad secundum tablatum. Tertia uero mansio erat . lx . cubitorum usque ad tertium tablatum. quod erat tectum domus. et sic tota templi altitudo in c . xx . cubitos ascendebat. Iosephus tamen mentionem non facit nisi de duabus mansionibus. utrisque . lx . cubitos ascribens. Sed duas inferiores subuna comprehendit. Et erat porticus ante faciem templi huius longitudinem uix templi in summam et latitudinem . x . cubitorum surgens in altum ut dicit iosephus usque ad celsitudinem templi. Et fecit in templo fenestras obliquas . id est exterius angustas et interius obliquando diffusas. Has excogitauit salo. Trabes autem posuit in domo per circuitum per tria loca in summitatibus trium mansionum adeo longas ut forinsecus capita earum prominerent ex utraque parte. et edificauit super capita forinsecus prominentia tria tabulata ad deambulandum circa templum. que in euangelio pinnacula templi dicuntur a quo facta erunt utrique late satis elucet. Quoniam autem in fronte fuerint orientali et occidentali non memini me legisse. nec super hoc in sophistiare aut liber aut lex. sed quod ibi fuerunt creditur. Quod uidetur uelle iosephus, cum agit de erectione templi. Latitudo uero tablatorum differens erat. Tablatum enim quod erat subtus . v . cubitos habebat latitudinis. et medium . vi . cubitos et tertium . vii . quod ad literam quidam tradunt factum ut in superioribus tablatis manentes non impedirentur ad respiciendum inferius per obstaculum inferiorum. Hebrei tamen dicunt tria tablata parem habuisse latitudinem. ut si a summo usque ad imum plumbata cemitarii dimitteretur eorum perpenderetur equalitas. Unum tamen inferius tablatum . v . cubitorum erat in latitudine. medium uero . vi . quia murus superior arctior factus qui per cubitum retractus erat. Ultimum uero tablatum . vii . cubitos habebat per retractione muri superius similiter facta. Fuerunt qui dicerent inferius tablatum . vii . fuisse cubitorum. et medium sex. ut ascendendo arctarentur tablata sicut et murus. et corrigunt literam. per subter ponendo super. Vel ut legitur subter dicentes. tablatum quod subter erat non loco sed numero. Sicut enim altum et profundum dicitur et supremum. sic et subter dicunt loco quod infra positum est. Subter uero numero ad quod ascenditur numerando. Hec autem tablata sic erant adiuncta muro. ut ei non hererent . a muro

infixa non erant. Porro in extremitatibus eorum
tabulati ut deambulantes in iniuria lapsus de-
fenderent edificavit luriclas tamquam apo- luriclas
diationes quas in regum latia vocant. In pavi-
mento cancelli de quorum altitudine nes-
cimus, nisi de superiori quod habuit in altitudine .v.
cubitos. De ornatu inferioris domus.

Porro murus mansionis inferioris in- -f-
trinsecus undique operatus erat tabulis
cedrinis. Trabibus vero solarii affixa erant
laquearia cedrina. Pavimentum vero tecti do-
mus erat tabulis abiegnis. Tablata vero la-
tium et laquearia ebrum et pavimentum tabulis
aureis operiebantur cum clavis aureis quorum
singulis erat .l. siclorum. Nichilque erat in illa in-
feriori parte templi quod auro non tegeretur ita ut
vultus ingredientium faceret auri lumine re-
splendere. Porro in iuncturis tabularum fecit ana-
glifa id est tornaturas vel celaturas in iuncturis fa-
bre factas ne locus iuncture deprehendi possit.
In medio vero tabule erant ymagines promi-
nentes cherubin et palme hec que in tablis ce-
drinis celata erant sed auro tecta vel in ipsis
tabulis aureis. Oraculum autem quod dicitur sancta sanctorum
habebat .xx. cubitos longitudinis et .xx. lati-
tudinis et .xxxi. altitudinis. In littera tamen
habetur et .xv. cubitos altitudinis quod intelligendum
est de pariete imposito inter sancta et oraculum.
Sicut enim in tabernaculo columpne interposite fu-
erunt quibus appendebatur velum sic in tem-
plo interponendus est paries cedrinus non ascendens
in altum nisi per .xx. cubitos. .x. cubitos qui
superant usque ad laquearia intactos reliquit
ut fumus aromatum ascendens de altari per a-
perturam superiorem libere intraret in oraculum. Erat
autem totus paries tectus auro habens anaglifa
cherubin et palmas ad modum picturarum. Huic
parieti appensum erat velum de .iiii. coloribus
cui intexta erant cherubin tante tenuita-
tis ut parietis non prohiberet aspectum. Sed
totum parietem operiens forte usque ad laquearia
ascendebat, quia legitur in evangelio scissum fuisse a
summo usque deorsum. De interiori scemate super-

ornatum mansionum non legi nisi quod dum consummaretur
edificium positus est lapis in angulo superiori
non sine gaudio omnium ammiratione. Cum enim edifi-
cantes et in fundamento et in muro eum lo-
care vellent, non est inventus locus ei donec
in angulo superiori et extremo omnium convenien-
tissime positus est. Et hoc est quod predixerat David: Lapidem quem
reprobaverunt edificantes etc. In summitate vero
muri per gyrum affixa erant aurea veru ad
hominis magnitudinem propter aves abigendas
ut de longe aspicientibus quasi silva aurea vi-
deretur. Per girum vero muri erat labium ex
quo dependebant grandes uve auree cum
pampinis aureis adeo fabrefactis ut sur-
sum aspicientibus quasi ad auram sepe moveri
viderentur. Porro iuxta tertiam hostium lateris
medii in pariete erat domus dextre. Via me-
diane et per cocleam ascendebatur in medi-
naculum et a medio in tertium. Hic est pas-
tuosum qui vulgo vitis dicitur qui fit ad
similitudinem coclee testudinum. Josephus tamen
ascensum factum per medium muri absconditum
facilem et secretum. In parte muri exterioris sus-
cipiens fenestratum hostiolum vero ascensus dicit
fuisse iuxta tertiam in angulis anterioribus mu-
ri. Fecit autem in introitu templi postes de lignis oli-
varum quadrangulos et duo hostia de lignis a-
biegnis altrinsecus. Et utrumque hostium duplex
erat et se invicem tenens aperiebatur et scul-
psit in eis cherubin et palmas celatas valde
eminentes et operuit omnia laminis aureis
opere quadro ad regulam. Fores iste tante ma-
gnitudinis erant ut dicat Josephus de templi
destructione eas nonaginta expulisse viros.
Exciderunt ianuas eius et ut aut...
erat in eis lignum manus palme ...
notatur in regum cum dicitur opere quadro ad re-
gulam. Et erat altitudo earum .xxx. cubitorum
secundum altitudinem inferioris cenaculi. Sed quod
dicit latitudinem earum .xx. cubitorum esse falsum
videtur quia tanta erat latitudo templi.
Quod non ab oriente erat murus sed in regum
determinatio ubi dicitur hostium duplex

et semivice tenens aperiebatur. Erat quippe
latitudo muri .x. cubitorum. et apertura in qua
fores erant similiter .x. et ita in muro orien
tali alterinsecus superabant .v. cubiti. In ap
tura vero erant .iiii. fores. due extrinsecus
et due intrinsecus. quarum unaqueque habebat
latitudinem .v. cubitorum et erant sic artifi
ciose posite ut clause quasi continuum pa
rietem facerent intus et extra aperte sibi in me
dio muri obviabant. et totam eius la
titudinem tegebant et sic artificiose sibi
adherebant. ut quando claudebantur exteriores
claudebantur et similiter interiores. Nullus enim
in templo nocte remanebat qui clauderet
eas intus. Cumque aperiebantur exteriores. ape
riebantur similiter et interiores. propterea dictum est.
hostium duplex erat et semivice tenens ap
ebatur. Porro in pariete oraculi fecit duo
hostiola de lignis olivarum. et postes angulorum
.v. ut in quinto angulo medio cardines af
fixi starent circa quos hostiola movebantur.
Et erant in hostiolis anaglifa cherubin
et palme. Quidam tamen dicunt postes angulorum
.v. subaudi cubitorum erant. In oraculo autem
erat archa et propiciatorium et cherubin que
fecerat moyses in deserto. De cherubin.

Fecit autem salomon duo cherubin
de lignis olivarum .x. cubitorum altitu
dinis stantes super pavimentum in lateribus
arche et habentes pedes obliquatos quasi ad am
bulandum. elevatos opertos auro purissimo
habentes alas aureas singulas .v. cubitorum.
Quarum due extendebantur super archam et
obviam sibi venientes coniungebantur super
eam tegentes sanctuarium infra se positum. A
las autem duas extendebant alterinsecus ad
parietes. ita ut ala unius tangeret parietem.
et ala alterius parietem alterum. Porro extra
parietem in sancta posuit mensam ad aquilo
nem et candelabrum aureum, quod fecerat moy
ses in deserto. Sed preter illud candelabrum posuit
alia candelabra aurea eiusdem scematis. sed
maioris quantitatis .v. hinc .v. inde. Similiter
et mensa quam fecerat moyses. posuit alias .x. men
sas eiusdem scematis. sed maioris quantitatis .v.
hinc .v. inde. Inter hec autem posuit altare thi
miamatis et vestivit illud cedro. quod
etiam dicitur altare oraculi. id est coram oraculo.
Per hoc intelligitur fuisse aliud altare quam quod edifi
cavit moyses. Illud enim erat de lignis sethim
circumtectum ex omni parte auro. Istud autem
erat vestitum cedro. propterea intelligitur hoc al
tare fuisse de lapidibus quos ferrum non te
tigit. et erat opertum per circuitum tabulis ce
drinis. sed et ille operte erant ex omni parte
laminis aureis cuius quantitatem non me
mini me legisse. Illud vero modicum altare
quod fecit moyses in desto forte repositum erat
in sancta sanctorum. Non ad usus cotidianos thi
miamatis. sed ad aliquos usus singulares
quando semel in anno ingrediebatur sacerdos cum
sanguine. Hoc autem inde potest perpendi. quia
dicit apostolus in sancta sanctorum fuisse aureum thu
ribulum. et hic erat ornatus templi in inte
rioribus. De porticu templi.

In facie vero templi erat porticus qui in
evangelio dicitur vestibulum templi habens co
lumpnas ereas in longitudine sui dispo
sitas. In medio quarum erant due mira
biliores ceteris posite ante fores templi.
habentes in medio sui spatium .x. cubitorum secundum
latitudinem porte templi. quarum talis erat
compositio. Stilus vel stipes columpne habe
bat .xviii. cubitos altitudinis. Non
planus sed vallicularis habens in circuitu ca
nales variationis .iiii. digitorum. et erat
fusilis. et linea .x. cubitorum ambiebat
illum. si quis vellet rotunditatem cingere vel
forte in medio columpne linea opere fusili
circumducta erat. Epistilium vero columpne
super quod locandum erat capitellum latius e
rat stipite et rotundum opere reticulato cela
tum. Capitellum autem suppositum epistilio
fusile erat et .v. cubitorum altitudinis. In
suprema parte erat liliatum. lata vero ipsius
ex omni parte in modum retis et cathenarum

erant contexta. adeo artificiose ut retia et
cathene magis viderentur apposita quam insculp
ta. vel quia solida non erant perforata undique fu
sa sunt. ut conexiones retis formam expri
merent. Septena versuum retiacula erant in
capitello uno. i. vij. ordines habentes ea
dem celaturam totum circuitum capitelli
per gyrum occupantes. vel ab inferiori parte
capitelli usque ad supremam erant isti. vij. or
dines ascendendo depositi. Super capitellum
vero erat quasi funiculus super quem in duobus or
dinibus positum erat retiaculum tegens eius
summitatem et descendens aliquantulum cir
ca latera capitelli in circuitu. in cuius extre
mitate dependebant in duobus ordinibus. cc.
malogranata. In epistilio quoque columpne super
quod sedebat capitellum dependebant. cc.
ordines malogranatorum. legitur enim quod capitel
la erant super summitatem malogranatorum eiusdem
compositionis erat altera columpna. de compositione
vero basium non legitur. hee due columpne propriis
nominibus vocabantur. tum propter sui magnificenti
am. tum propter futurorum misticam prefigurationem. dextra
dicebatur iachim. i. firmitas. sinistra vero
est booz. vel bez. quod sonat robur vel in ro
bore. De reliquis columpnis vestibuli modi
cum agit hystoria dicens. Capitella super
capita columpnarum quasi opere lilii fabrica
ta erant in porticu. iiij. cubitorum. et rur
sum alia capitella in summitate colump
narum desuper iuxta mensuram columpne contra
retiacula. Porro de compositione columpnarum ta
cet. Capitella vero earum minora dicit uno
cubito prioribus capitellis de scemate eorum.
unde dicit quod erant liliata et habebant reti
acula supposita. Quod autem sequitur malorum
granatorum. cc. ordines erant in circuitu capi
telli secundi. ambiguum est utrum hoc dictum sit de
capitellis minoribus. an recapitulando dictum
sit de capitellis prioribus. has columpnas fudit
yram tyrius plenus sapientia. ad faciendum
omne opus ex ere. filius mulieris vidue de
tribu nepthalim. patre vero tyrio. qui et omnia
utensilia templi erea. et quicquid in eo de ere
factum est. Fudit yram in campestri regione iorda
nis in terra argillosa inter socoph et sartham.
Nec te moveat quod aliquando de ere. aliquando de
auricalco dicitur facta. quia idem est cuius splen
dor et pulchritudo similis erat auro ut dicit
iosephus. In hoc vestibulum ascendebatur ab atrio sacerdo
tum. xv. gradibus secundum iosephum. Quidam tamen di
xerunt. xij. secundum visionem ezechielis. dicitur enim mi
concordare compositionem templi materialis cum compositio
ne templi spiritualis quod vidit ezechiel.

Edificavit Edificatione domorum
autem salomon in circuitu templi
post vestibulum. xxx. parvulas domos quasi
pulsione totum templi spacium extrinsecus am
biebant. Harum singule habebant. v. cubitos la
titudinis. et totidem longitudinis
in altitudine. Ingressusque earum ita fecit
ut ex alia ingrederetur ad aliam aliquo
posito. Si enim exterior longitudo templi
tum. lx. cubitorum vel latitudo. xxx. tum
ambitus totum mortuorum habuit tamen. c. cu
bitos. ad quod ambiendum sufficerent domuncule
xxviij. quas quinquies fecit. et super eas
ficata erant alie equales eis. et
et nimio. ita ut latera templi tam per circuitum
tegerent domuncelis usque ad primum tabulatum
exterius. Reliqua vero pars templi superius
cum edificata non erat. sed libere videri poterat.
fuerunt hee domuncule pastoforia vel exedre
quidam putant. de quibus propterea dicitur. sed fuit
cubicula et cenacula ebdomadariorum et gazo
phylaria vasorum et vestium templi.

Et edificavit atrium interius
tribus ordinibus lapidum polito
et uno ordine lignorum cedri. Porro
fuerunt atria circa templum ut in paralipomenon legitur
stans in domo domini. in atriis domus dei nostri
ortum atrio initio sit in regum. de eodem
secundo tractat iosephus. Sed preter hec duo fuit aliud
o. Igitur atrium interius erat platea
omni parte circa templum diffusa per quad
que per foribus templi ad orientem primum

tendebatur. quia ibi erat altare eneum et lutes. et
ibi ministrabant levite et sacerdotes coram domino.
Circa utrumque vero latus templi non adeo dif-
fusa erant. ab occidente vero strictior pavimen-
tum cuius vario marmore stratum erat. et
diversis ymaginibus venustatum. Hoc atrium
cingebat murus brevis. In altitudine trium
tantum cubitorum. et erat cubitus unus lapidum
unius coloris. secundus lapidum alterius coloris. et ter-
tius tercii coloris. Intus autem erat vestitus
cedro. et positus erat per gyrum in extremitate
huius atrii. ut ceteros a ministeriis ab ingressu
atrii prohiberet. Ad hunc se appodiabant psallen-
tes. et comissi ad populum super hunc inclinati
loquebantur. In eodem muro stabant columpne
equis intervallis disposite. populum extra stantem
ad legem sanctimonie premonentes. alie lit-
teris hebreis. alie grecis. alie latinis. et ne in
locum sanctorum transirent prohibentes. Hic ambi-
tus muri proprio nomine vocabatur gyson. latine
vero cancellus. Unum solum habebat introitum ab
oriente contra portam templi. habens apertam
.xxv. cubitorum sine foribus. Usque ad hunc introitum
ascendebant viri et mulieres deferentes oblatio-
nes suas ad ministros sibi occurrentes. nec lice-
bat eis ultius transire. nisi in quibusdam casibus.
et ascendebant ad ipsum per .xiiii. gradus. hoc
atrium dicebatur atrium interius. vel atrium sa-
cerdotum. quod et illi qui erant de aaronitis. licet pro
macula aliquam offerre non poterant non intra-
bant. licet de partibus sacrificiorum alerentur. **De**
atrio mundorum.

Post istud atrium et infra ipsum in declivi late-
ris montis positum erat secundum atrium quod dice-
batur sanctorum. quod Iosephus vocat aulam vel basilicam.
quidem. Erat autem diffusum per circuitum circa
atrium interius. longe tamen maius eo et pavi-
mentatum vario marmore. Erat que circumsep-
tum muro in altitudine .xxv. cubitorum
intus. extrinsecus vero altitudinis .xl. cubi-
torum. secundum declivitatem collis. et licet sic
esset altus. non ascendebat tamen usque ad fabricam
templi. nec ipsius aspectum prohibebat. Erat
autem murus iste ad occidentem simplex. et nulla
habens portam. In utroque vero latere et in fronte ori-
entali habebat porticus circumiacentes instar
claustri monachorum. in quibus erant columpne
singulorum lapidum diversi colores cum basibus
argenteis. Camera vero porticuum et laquearia
cedrina erant. latitudo vero porticus .xxx.
cubitorum. In latere meridiano erant .iiii. por-
te duplices valvas habentes. que laminis
aureis et argenteis miro opere erant decorate.
Numero eedem et scematis erant porte in latere
septentrionali in his sedebant ianitores
ut arcerent immundos ab ingressu huius atrii.
Porro in orientali fronte erat porta que
dicebatur speciosa habens valvas de ere chorin-
thio factas. In angulis huius frontis erant due
porte modice per quas ascendebant mulieres
ad offerendum. vel forte ministri descende-
bant in occursum earum ibi ad suscipiendas earum
oblationes. Per has portas quas diximus ascen-
debant undecumque viri mundi in atrium secundum
ut orarent sub divo tempore serenitatis. sub
porticibus tempore tempestatis. In platea huius
atrii orientali vendebantur animalia et
volucres ad offerendum. et mense nummulariorum
stabant ibi. quas evertit dominus. In porticibus
autem circa portas stabant gazophilatia. id est
loca separata diversi generis ad recipiendas ob-
lationes ingredientium. In porticibus laterum
erant pastoforia. id est loca separata ad comeden-
dum. in quibus sacrificantes de partibus sacrificiorum
que eos contingebant vescebantur coram domino.
Quidam tamen volunt quod ibi tamen aforis veni-
entes de filiis israel comedebant. et ob hoc
dicta pastoforia. In eisdem porticibus erant
cathedre et sinedrie. et exedre. id est tria genera se-
dilium ut ait ysidorus. In cathedris sedebant
doctores in gignasio. In sinedris sedebant
auditores in consistorio. et dicebantur sinedre
quasi consessus. In exedris sedebant assessores
cum iudice quando secretius aliquid tractabant
quasi in locutorio. et dicebantur exedre quasi
assessus. licet exedra in propheta legatur pro thala-

mio h' atrium secundum. sepe in evangelio dicitur tem
plum. ubi dicitur. quod oves et animalia ven
debantur in templo. et quod ihesus dicebat in
templo. et quod filii israel orabant in templo.
et cetera in hunc modum. De atrio mulierum

Porro sub hoc atrio erat atrium tertium
sibi in declivi late montis positum
eiusdem compositionis cum secundo. et si non tante
venustatis nec tam preciosi ornatus. in hoc
orabant mulieres munde tantum. Iuxta is
tud atrium erat et quartum in quo orabant
viri inmundi et mulieres et gentiles. cuius
murus exterior in radice collis positus erat.
et ascendebat. ccccc. cubitis usque ad verticem
tamen collis in quo templum erat situm. et
ita muri atriorum in illo prohibebant
aspectum templi. nec eorum qui ministra
bant in atrio interiori. De altari et mari eneo.

Porro in atrio exteriori
interiori erat altare factum ex lapi
dibus impolitis circumtectum ex omni parte
ere longe maioris quantitatis quam illud
xxx portatile quod factum fuit in deserto. xx. cubi
torum longitudinis. et totidem latitudinis.
et x. altitudinis. et erat sub eo fovea gran
dis. in qua per foramen in medio altaris
positum. cineres defluebant et sanguis
qui ad crepidinem altaris fundebatur
influebat in eam. Quam vero mundabat
fovea per fenestram que erat ad orientem.
altare vero quod fecerat moyses. pro reverentiam
sui in aliqua parte atrii reservatum. quod quidam
tradunt ibi permansisse usque ad eversionem
templi factam per romanos. Uno etiam pecca
tum gentiles habitaverunt ierusalem fecerunt ex
eo horologium sibi. De loco vero huius alta
ris et quoniam immolantes ad latus eius
immolarent coram domino. supra satis dictum est.
Porro in eodem atrio posuit salomon mare
eneum fusile. quod nos lavatorium dicimus pro
siquidem ut in eo sacerdotes ministraturi ab
luerent pedes et manus. quod iosephus vocat can
tarum ingentem in scemate emisperii

facti. cuius latitudo x. cubitorum erat per dia
metrum a labio usque ad labium. altitudo e
rat v. cubitorum a labio. scilicet usque ad fundum.
Spissitudo vero erat trium digitorum. In supe
riori parte adeo latum erat. quod vesica. xxx.
cubitorum cingebat illud per circuitum. sed pau
latim in descensu angustius fiebat. adeo ut
circa fundum vesica. x. cubitorum ambiret ipsum.
Supremum eius labium repansum erat ad
modum lilii. In lateribus autem eius extrinsecus
duo ordines erant sculpturarum historiatarum
id est historias aliquas habentium. Capiebat autem ii.
batos. id est iii. metretas. Batus enim capit metre
tam et dimidiam. et est batus mensura tantum
modiorum eiusdem capacitatis cuius et ephi.
Sed batus est mensura liquidorum. ephi vero ari
dorum. Porro basis super quam stabat habebat
boves eneos et fusiles. e quibus tres respici
ebant ad aquilonem. tres ad occidentem. tres
ad meridiem. tres ad orientem. Quorum ante
riora tantum prominebant sub mari. posteriora vero
intus latitabant. De luteribus.

Fecit etiam salomon x. luteres eneos et fusiles
altitudine. iiii. cubitorum. Erat autem
in summitate luteris os retractum intus et
adeo angustum. ut unius cubiti esset eius latitudo.
fundus vero eiusdem erat latitudinis cubiti et di
midii iuxta basis quantitatem. super quam sede
bat. xl. batos capiebat luter unus. in eis
abluebantur intestina et pedes holocaustorum.
Et erant omnes eiusdem facture sicut et bases quibus
insidebant. Erat autem basis in inferiori parte in
longitudine et latitudine habens. iiii. cubitos
per quadrum. in altitudine vero trium cubitorum
et ascendendo paulatim angustata usque ad
cubitum et dimidium iuxta quantitatem fundi
ipsius luteris. Eratque composita ex iiii. tabu
lis. quibus circa erat supposita quadam
et ex omni parte aliquantulum excedens summita
tes aliarum. habens in medio sui eminentiam
circularitatem rotundam. in qua sedebat luter.
Ipsum opus basis interrasile erat. et iunc
turis tabularum per iiii. angulos erat sculp

ture eminētes ad modū columpnar. quas
quidā dicūt uocari media int̄ columpnā q̄ v
drata. tū quidā legūt ibi media int̄ colūp
na quadrata uocantes colūpnā mediam
tablam int̄. iiii. tablas suppositās lata uo
basis a media pte sup̄ insculptas h̄ebat
coronulas et plectas. et in medio ear leones
et boues. et cherubin sup colla leonū et boū.
et subt̄ erant lora ex ere pendentia. quib;
ligati uidebant̄. In summitate uo. iiii. co
lūpnar angular erant humili expansi
in similitudine manus humane et pedis aqui
lini. sup quos tabula ferens lit̄e ita erat
coaptata. ut n̄ illic̄ inserta uid̄et. et h̄ebant
ille p̄pas celatas homiēs. arbores. et aues.
Porro alt̄a media ps basis que erat cōa
tiam h̄ebat p gyrum rotas eminētes cu
biti et dimidij. et ea que in rota fi solent
axes et radios. cantos et modiolos. omnia
fusilia et circa eas posite erant uarie celat̄e.
et h omnia adeo fabrefca erant. ut nō celata.
s; q̄si apposita p̄ circuitū uidēnt̄. et basis q̄si
rotis circūstantib; uehi uidebat̄. una e
erat fusura et mensura et sculptura. x. basiū et
luterum. De sculptura tū lat̄ luterū n̄ memini
me legisse. Hor. x. in atrio templi steterunt
ad dextram. v. ad sinistram ad hunc usū. Na
thinnei p̄us lauabant uiscera hostiarum
in pbatica piscina. et lota t̄debant̄ sacerdoti
b;. Qui ne quid intimi sordis eis adhesisset
lutib; ea tingebant ut tā sincerata —
v
supponent̄ altari. Porro lauatoria h in hūc
modū posita erant. ut ingredientib; atrium
sacerdotale. primo occurrebat ad meridiem ma
re eneū ad abluendas man̄. post ea pgredien
tib; occurebant. x. lutes ad intingenda me
bra hostiar. Rursumq; pgredientib; occurre
bat altare eneum sit̄ ad meridiem. positis
q; hostijs sup altare. redibant offerentes ad
mare eneum et abluebant ibi pedes et
manus ut sic loti consūmarent sacrificia. i.
intrent in templū cū prunis et thimiama
te. ad adolendum illud sup altare in odo

rem dn̄o. De uasis altaris.

Utensilia uo altaris enei fec̄ yram
ex ere lebetas ad suscipiendos cines
et prunas altaris. Ollas q̄q; et caldaria ad
coquendas carnes et hamulas. i. fuscinulas
ad extrahendas carnes ul̄ disponendas. et ar
pagiones. i. furcas ad componendū ignē. et
uiscera hostiar desup disponēda. et scutra
uasa. s. equal̄ amplitudinis in ore et fundo
ad calefaciendū. Jose. addit. et trullas.
forte ad congregandos cines ul̄ eruendos
ul̄ ad urendum paruimtū. Porro uten
silia templi aurea erant ul̄ argentea. Uten
silia candelabror aurea erant. de quib; in
exodo legit̄. Numer aū utensiluū que fe
cit salon. tempore pcedente ponit iose.
mensas. s. sup quas iacebant phiale et
panē et mortariola. et patene ad offerendā
simulā. et cratere in quib; simula cū oleo
miscebatur. et assarones in quib; libami
na mensurabant̄. Turibula q̄q; quib; fe
batur thimiama. et alia thuribula in
quib; febat̄ ignis a maiori altari ad
minus. H omnia obtulit salon aurea
et alia simil̄r argentea. s; in duplū. quor
numrm s iose. ponē timuit. ne incredibil̄
uideretur. psertim cū uicenū scriptor certa
nuos plurimū inueniat̄. De dedicatio
Anno q̄. iiii. reg ne templi. VIII
ni salomis fundata ē domus dn̄i.
et in anno. xi. mense ebul. i. octobri consūm
mata ē in omni ope suo et uniuersis utensi
lib; que inminenti erant necc̄ia. pt dedica
tōm eiū plura fiunt fabricata et sup addi
ta. Et edificauit ea. vij. annis et vij. me
sib;. et conuocauit salo. in anno. xi. maiores
natu isrl̄. et principes trbuū et duces fa
liar ad dedicationem templi et defendam ar
cham illuc. Et conuenerunt omīs mense. vij.
. i. septima lunatione que initiat octo
brē. et erat dies sollempnis. x. s. dies quo fie
bat expiatio. Post tū dicit templū in sep
temb̄ dedicatū. q; totus fere ē sollēpnis

rege accelerante. et post dedicationem fecisse ali
qua utensilia que deerant mense .viij. et
sic utrumque verum est. quia mense .viij. perfecta est
domus in omni opere et utensilibus. et tamen mense
.vij. dedicata. Et tulerunt sacerdotes et levite
de civitate David archam domini et omnia va
sa eius. et vox iubilantium ut ait Iosephus
a longe remotis audiebatur. Rex vero et
universa multitudo gaudebant ante archam
et immolabant hostias absque estimatione
et vino et aromatum fumus a longe positis
sentiebatur. et intulerunt sacerdotes archam
domini in locum suum in oraculum subter alas che
rubin. quibus quasi quodam tiburrineo id est canopeo tegebatur.
Capita quoque vectium super humeros portantium
a parte retroposito videbantur donec archa
reposita subtracti sunt a visibus hominum in
sempiternum. Archa vero tecta erat ne videretur.
In archa autem nichil erat aliud nisi due ta
bule testamenti lapidee. Supplendum est autem et ur
na aurea plena manna et virga aaron.
Hec enim testatur apostolus fuisse in ea. Factum est
autem cum exissent sacerdotes de oraculo et dicerent
confitemini domino quoniam bonus. quoniam in seculum misericordia
eius. nebula implevit domum domini. non metu
enda. sed tempestata et fulgens. et obumbravit
facies sacerdotum. ita ut se invicem videre non
possent nec ministrare. Et ait Salo. Dixit dominus ut
habitaret in nebula. Nusquam hic legitur dominus
dixisse. sed quia in monte Syna apparuit in ne
bula et precessit Israel in nube et ante moy
IIV sen positum in caverna petre transivit in
nebula. ideo Salo. posuit dictum pro opere. et est
sensus. dixit dominus id est opere monstravit. Oritur
autem omnis quedam opinio fantastica deum lo
caliter descendisse in templum. Cum autem orasset
Salo. dicens. Numquid domine quia fabricasti domum
tibi perpetuam celum et terram simul et mare. et
flexo utroque genu in terram coram omni
ecclesia utrinque manum levavit ad deum gratias
agens de completione divini impleta. qui pro
miserat David domum sibi edificandam per
manum filii eius. Oravit quoque ut quicumque
iudeus vel gentilis ascenderet ad hanc domum sup
plicans pro peccatis. vel clamans ad dominum pro
aliqua tribulatione exaudiretur a domino in
hiis que iuste postularet. et surgens ab ora
tione. stans benedixit universo populo. et dedica
tum est templum cum utensilibus suis die illa
et deinceps. in eadem die quotannis fiebat festum
dedicationis. Nec te moveat quod dixim flexisse
genua super terram. cum in paralipomenon dicatur
quod fecit Salo. basem eneam .iii. cubitis
altam. quam posuit in medio basilice et stans
super eam benedixit populo. Potuit enim utrumque
fecisse. vel si pro eodem accipitur intelligendum est
eum flexisse genua super terram. id est super locum
in quo stabat et immolavit Salo. hostias paci
ficas. boum .xxii. et ovium .c.xx. et quia al
tare eneum ad suscipienda holocausta et adi
pes pacificorum minus erat. sanctificavit me
dium atrii interioris ut super id cremaret
que super altare cremari non poterant. Fecit
Salo. festivitatem dedicationis et omnis Israel cum
eo .viii. diebus. Quod sic intelligendum est. v. diebus con
tinuis celebrata est dedicatio. In sexta vero die
que fuit quintadecima mensis. occurrit sce
nophegia que imposita est .vij. diebus. Qua
terminata. iterum dedicatio celebrata est per duos di
es qui intermissi fuerant. Et in die .viij. id est post
duos septenarios dimisit rex populum. Vel de
dicatio continuis .vij. diebus facta est. et post .xiiij.
decima die. inchoata est scenophegia. et termi
nata in vicesima tercia. et in .viij. scenophegie.
post collectam dimisit populum. Et apparuit dominus
secundo Salo. per sompnium dicens. Exaudivi orationem
tuam. Sanctificavi domum hanc. et erunt oculi mei
cunctis diebus super eam. et super te. et super
Israel. si custodieritis mandata que proposui
alioquin auferam vos de terra quam dedi vobis. et ...
plum hoc proiciam a conspectu meo. et erit in ...
ne vere fabule narrantium. De domo Salomonis

Factum est autem post fabricam templi cepit Salo. construere edificium domus regalium. quod xiii. annis vix implevit. Non enim circa eas adeo ferviens erat studium

ipsi sicut circa templum. Sed nec ad eas opulentia
fiat ei comparata a priore. Fecit autem tres domos
domum sibi et domum uxori sue filie pharaonis. et
domum saltus. De domo regis hic solum dicitur in regum.
domum suam edificavit salomon xiii annis. et ad perfec-
tum usque perduxit. et paulo post. Porticum quoque solii in
qua et tribunal est. fecit et vocavit portic-
ipsam domum in qua erat et solium et tribunal.
Est autem solium regis tribunal iudicis. et erat in
eadem domicula in qua sedebat ad iudicandum
id est in qua cum assessoribus tractabat de summa. De hac
domus compositione tacet liber regum. forte quia
eadem erat que et in domo saltus quam plenius descri-
bit. De domo regine dicitur in regum quod eam talem
opere fecit. qualem et domum regiam. Porro do-
mus saltus duplex erat et ex duplici materia. pars
inferior erat lapidea et dicebatur nechota. id est
pigmentaria. in quo reponebantur aromata
et pigmenta apud templum et domus regie. ut
ex beneficio terre et muri diu vigerent quasi
recentia. Superior pars domus lignea erat de
lignis libani facta. unde et dicta est domus saltus
libani. Quidam tamen putant eam ob hoc sic voca-
tam. quia circumquaque consita erat arboribus et
viridariis mire recreationis iuxta densita-
tem saltus libani. In ea reponebantur ar-
ma. ut beneficio lignorum rubiginem non sentirent.
nec solum arma ad pugnandum. sed etiam ad de-
corem et ad ostentationem regii fastus. Fecit
enim rex salomon cc scuta aurea. dc siclorum erat
unumquodque scutum. In paralipomenon additur de to-
tidem lanceis aureis. et sic fecit ccc peltas
aureas. quarum quedam rotunde erant instar
alie instar semicirculi fecit. hiis utebantur
custodes regis ante hostium domus excubantes et
cum rex egrediebatur precedebant eum equi-
tantes et ferentes hec arma iuvenes flavi.
et usque in equorum sessionem diffundentes
cesariem comis suis adicientes auri tinc-
turam. ut eorum capita sole percussa radiarent.
Hos sequebatur rex niveus indutus. et ad
locum quemdam solitus erat exire qui iosoli-
mis abest duobus miliaribus et dicebatur ortus

eden id est deliciarum. Porro pars illa superior que
dicebatur domus saltus habebat longitudinem
c cubitorum. et in latitudine l. et in altitudine
xxx. cuius camera tota vestiebatur tabulatis
cedrinis. Sustentabatur vero tribus ordinibus co-
lumpnarum. unusquisque ordo habebat columpnas xv.
e regione se respicientes. et pari intervallo a se distan-
tes. et ita inter muros et tres ordines colump-
narum erant iiii deambulatoria. Pro foribus autem
domus fecit porticum columpnarum l cubitorum lon-
gitudinis et xxx latitudinis. De compositione
inferioris partis domus lapidee tacet liber regum.
forte quia eiusdem compositionis erat cuius et superior.

De basilica et domo regia

E regione stabant domus regie quodam inter-
iacente viridario eiusdem longitudinis la-
titudinis et altitudinis. et similiter columpnata.
Vnitum simpliciter erat et unius mansionis. Muri
cuius altitudo iiii habebat distinctiones. Quarum
tres diversis variabantur coloribus. Quarta
vero superior celaturis erat ornata. Erant in ar-
bores sculpte diversis generum ramis. foliis et
pomis obumbrate. ita ut pro miraculo subti-
litatis agitari quodammodo putarentur. In medio
totius amplitudinis erat domicula huius la-
titudinis xxx cubitorum. et in ea erat solium
validis columpnis extensum. in quo sedens
rex iudicia proferebat. In posteriori fronte
domus laquearia et parietes vestita erant au-
ro. Post fecit rex thronum de ebore grandem. et
vestivit eum auro. cuius ascensus facilis
erat per vii gradus. et de marmore porfirio
fusi xii leunculi stabant super vi gradus
hinc et inde. Reclinatorium throni posterior rotun-
da erat. sedens super vitulum respicientem. et
due manus hinc atque inde tenebant eum.
et duo leones stabant iuxta manus singulas.
non fuit tale opus in universis regnis. Fecit
et circa domum reliqua habitacula et secreta. in
post cameras explicitas residebant strata omnia
marmore et tabulis cedrinis. Fecit domum re-
gine in latere descendente marmore ce-
dro. auro et argento opulentissime decorata.

fecit et utensilia interiusque domus preclara. Vi-
num et vasa quecumque sunt epulis oportuna.
omnia ex auro fecit. Perfecit itaque salo. xx.
annis templum et domos regias cum omni
supellectili sua iuvante rege tyri pheronte
auxilium in lignis et auro. De opidis da-
tis hyram.
Tunc dedit salo.
hyram. xx. opida in terra galilee
in sorte neptalim maritima. Sed non pla-
cuerunt regi tyro. licet a tyro non procul essent
posita. et appellavit ea terram cabul quod
lingua pheniceum sonat displicens. et tunc pri-
mum terra illa vocata est galilea gentium. non
quod ibi gentes habitarent. Sed quia inditione re-
gis gentilis erat. Refert iose. menandrum
phenicem hystoriographum scripsisse quod salo. et
yram invicem sibi scripsissent enigmata et fi-
guras. que qui non solveret. etiam daret alteri
pensionem. Cumque artaretur yram in solu-
tione. consulebat tyrium iuvenem abdimum
abdemonis filium. qui omnia de facili expli-
cabat. De operibus salomonis.
Porro convertit animum salomon ad
muros civitatis construendos. quos
miro robore ampliavit. Vias quoque regias que
ad ierusalem ducerent nigro lapide stravit.
In pluribus vero locis ruinas civitatum reparavit.
Sed et novas civitates pro oportunitate locorum
fundavit. quasdam contra hyemis intemperie.
alias adversus caumata estivum. quasdam contra
verris et autumpni mutabilitate. In terris
vero terre edificavit urbes tabernaculorum. immo
ultra fines terre promissionis plurimas urbes
occupavit socero suo pharone rege egypti
prebente ei auxilium. Qui ut ait iose. ulti-
mus regum egypti dictus est pharo. quod in tempore reg-
nans. Qui cum cunctaretur opera salo. preci-
pue commendabat domum saltus et sacrificia
et frequentiam levitarum circa ea. Porro de filiis
israel nullum fecit salo. servum. sed erant viri
bellatores et ministri eius. Ex quibus erant
super omnia opera salomonis prepositi. dl. Cha-
naneos autem de monte lybani usque ad civitatem
amathi fecit sibi suos tributarios. Classem quoque
fecit rex salo. in insula quadam egypti circa rubrum
mare que dicitur asyongaber. et navigabant
cum servis salomonis viri nautici de tyro que
que tunc insula erat. et deferebant de ophyr
aurum multum. et circumeuntes indiam et sili-
ciam. post elapsum ~~triennium~~ referebant salomoni
auri. cccc. xx. talentorum. et argentum et
dentes elephantorum. et simias. et pavos. et
gemmas. et ligna thina mira nimis que
erant similia lignis sethim. et odorifera de
quibus fecit rex fulcra et sedilia domus domini et
domus regie. et cytharas et lyras cantoribus
salam quoque et nabla ex electro constituit
nullius precii erat argentum in diebus eius. Vasa
et sedilia pro foribus domorum plurima in ierusalem
argentea erant. Sed et ligna cedrina quasi ligna
sicomorum habundabant in ea. De regina
Saba.
Ad horum incredibilem
opinionem regina saba excitata
venit temptare eum in enigmatibus. et ingressa
est ierusalem cum comitatu multo et divitiis innu-
merabilibus. Est autem saba quoque nomen regio-
num. sed hic est civitas regalis ethiopie. Duo-
rum sigmones apud hebreos distinguunt propter
duas litteras. sin. et samech. Herodotus dicit post
mineum qui memphim condidit fuisse re-
ges egypti decem pharones. quod sonat reguli
quibus successit nichaula regina egypti et
ethyopie. quam putat iose. venisse ad salomonem.
Que ingressa ad salo. locuta est universa que
habebat in corde suo. Nec fuit sermo qui regem
lateret. sed docuit eam in omnibus hiis que pro-
posuerat. et admirans non habebat ultra spiritum
dicens. famam regis minorem esse quam
virtutem. tamen pre ceteris admirabatur domum
et sumptus templi fabricam. Ordinem quoque
quotidianum ministrantium in templo. et tertio or-
dinem et distinctionem sedentium regi in men-
sa. Nam et pincerne sibi cultu et distinctio
ab aliis ornabantur. Similiter et panum lanpades
et dapiferi. ut in tanta multitudine ministrorum
nullus dubitaret quis cuius rei ministro

fingēt. Dedit aū regi munia. cxx. talen
ta auri et gēmas p̄ciosas ⁊ aromata. q̄nta
et qualia uisa nō fuāt in ir̄lm. Dicit ē
iose. eam dedisse regi radicem balsami. vn̄
ꝓpagate sūt in engaddi. uinee balsamite.
Cui ⁊ salo. multa redonauit. nichilq; fuit q̄
postulauit nō p̄buit. Que regina gr̄is susci
piens. ad ꝑp̄a remeauit. Tradūt quidā eam
respōsisse salomōi q̄ p̄senciali et dicere ti
muit. se uidisse. s. lignū q̄dam in domo
saltus. ī quo suspendend⁹ erat quidā ꝓ cui⁹
morte regnū iudeoꝝ periret. ⁊ ōtis indicus
ī regi indicauit. Qꝫ timens salo. in p̄fun
dissimis tr̄e uiscib; occultauit iđ. Sꝫ quoni
ā tp̄a x̄ in p̄batica piscina supenatauit
inuentum ē. ⁊ credit fuisse h̄ lignū crucis
dn̄ice. De aduersarijs salomonis ⁊ morte ei⁹.

·XI· Procedente uo tp̄e amauit rex salo.
multas alienigenas cont̄ legē. posuit
maculam suā in gl̄a sua. et scisma in genē
suo. fuerūtq; ei uxores q̄si regine septingēte.
Iosē. tū dicē. lxx. et ꝯcubine trecente. que a
uerterūt cor eius cū iam senex esset. ⁊ secut⁹ ē
deos alienos ne delicias suas cont̄starꝫ. Et e
dificauit ī excelsis ōtra ir̄lm tā fana ydoloꝝ.
unū asthare dee sydonioꝝ. que uno dicit̄.
s̄m camos ydolo moabitaꝝ. t̄ciū moloch y
dolo amonitaꝝ. cui⁹ phanū statuit ī monte
oliueti eregione tēpli. q̄ plurimū dō displi
cuit. vn̄ ⁊ postea locus ille dc̄s ē loc⁹ offensiōis.
venit ḡ ad eū ꝑp̄ha missus a dō nathan. l̄
alius dicēs. h̄ dicit dn̄s. quia scidisti pact̄
meū. scindam regnū tuū. ⁊ dabo illđ seruo
tuo. nō tū totū. s; t̄bum unā p̄ter t̄bum
iuda dabo filio tuo ꝑp̄ seruū meū dauid.
ꝑp̄ quē ē nō faciā h̄ in dieb; tuis. Porro
cū uixisset salo. in sūma pace ōtra finem
uite. suscitauit ei dn̄s aduersariū adad ydu
meū de semine regio qui ī tempestate illa
q̄n deleuit ioab in ydumeos puer fugit
ī egyptū. Cui p̄ea rex egypti dedit uxorē
sororem uxoris sue. Que peperit filiū iene
bath. Cumq; audisset adath dauid ⁊ ioab m̄
tuos ēē. ⁊ salo. infatuatū. egressus de egyp
to infestabat isr̄l. Suscitauitq; ei dn̄s
aliū aduersariū razon p̄ncipem latnū
ī damasco. Ieroboam q̄q; filius nabath effra
teus de sareda seruiēs salomōis. leuauit ma
nū suā cont̄ regem h̄ m̄. Salo. edificabat
mello muros a radice uoraginis extollēs
ut coeq̄ret eos ciuitati dđ. Vidensq; salo.
ieroboam bone idolis ⁊ industrium. statuit
eum p̄fectū opis. ⁊ deinde ꝯstituit eū sr̄
uectigalia uniuse dom⁹ ioseph. Quadā
die dum egrederetur ieroboam de ir̄lm inue
nit eū in uia achias ꝑp̄ha silonites opt⁹
pallio nouo q̄ in. xii. ꝑtes scidit. et ait
ad ieroboam. Tolle t̄ decem scissuras. hec
enī dic̄ dn̄s. Dabo t̄. x. t̄b; ⁊ eris rex sr̄
isr̄l. filio aū salomonis dabo unā ut rema
neat lucerna dđ corā me ī ir̄lm q̄m elegi
ut esset nomē meū ibi. Quo audito ieroboā.
intumescēs suadebat ꝑp̄ ut recederet a salo
ne. Quamobrem salo. uoluit eū interficē. Sūc
iero. fugit ī egyptū ad susac regē egypti
usq; ad mortē salomonis. Reliqū u̇boꝝ salō
⁊ omnia que fec̄ scripta sunt ī libro u̇boꝝ
ul' in lib⁹ dieꝝ salomonis. Hūc librū quidam
estimāt
ēē paralipo
menō. Sꝫ
q̄ nec in
eo scripta s̄
reliqua o
pa salōis.
uerius pu
tand⁹ ē hūc
librū n̄ sr̄
ēē. Dormi
uitq; salo.
cū p̄rib;
suis. ⁊ se
pult⁹ est
in ciuitate dđ. cū regnasset in ir̄lm sup
omnē isr̄l. xl. annis. Qr̄ aūt qua rōne
dicat̄ salo senex fuisse. cū modicū ult̄

De salute salōis đ. sc̄ptis nō
h̄mus c̄titudinē. n̄ q̄ amb⁹ ī ap
pollogia q̄m fec̄ sup excatone
pc̄ti dđ. asserit eū eē saluū. he
bra t̄ditio h̄t q̄ salon ī h̄c mod'
penituit. cū ꝯgregasset se ǵrint er
rasse. assedit ī cathedrā ⁊ posuit
retortā ligneā in collo. ⁊ ꝯuoca
tis sacerdotib; dixit ut deponēt eū
de solio. ⁊ cū noluissēt. ipe in; de
posuit se ⁊ caruit reḡ t̄b; ānis
aū q̄m moreret̄. ⁊ ī signū p̄mie
fec̄ ecclesiā. Audita q̄q; morte salo.
reuersus ē ieroboam ī iudeā confi
dens de regno habituro.

.lx. annos uixisse legatur. Roboam enim
mortuo patre .xl. et unius anni erat. quem
salo. cum .xvi. esset annorum genuisse perhi-
betur. Plenius autem super hunc locum dicit iose-
ita. Mortuus est salo. ualde longeuus. qui
regnauit annis .lxxx. uixit autem .xc.iiii.
Sed diuina scriptura eos tantum annos expri-
mit. quibus regnauit antequam preuaricaretur.
incid. ¶ In diebus salo. fuit rex *Incidentia*
Siluius latinorum siluius alba siluius filius e-
nee filius. *De Roboam et diuisione*
XII Post mortem salo. successit *regni.*
ei roboam. et erat mater eius naa-
ma amanites. Porro ieroboam audita
morte salo. reuersus est de egypto et uenit
in sychem ad roboam. cum omni multitudine
israel. que uocauerat eum. Cumque uellet roboam
constituere regem. dixerunt ad eum. Immi-
nue paululum de grauissimo iugo quod imposuit
nobis pater tuus et seruiemus tibi. Nec est intelligendum de
iugo tributi. sed uectigalium in expensas. Qui-
bus. Ite et redite ad me in diem tertium. Initum
consuluit senes sadoch. s. et benaiam. et
ioiadam. et reliquos principes salomonis. Qui
dixerunt. Si hodie audieris eos leniter eis
loquens. seruient tibi in eternum. Post hec consuluit
adolescentes. non etate tantum sed moribus. Qui
dixerunt. Impiose loquere populo et comminando.
et timentes seruient tibi. Et redeunte populo in ter-
cium diem. dixit ad eos. Digitus meus minimus
grossior est humero patris mei. Pater meus ce-
cidit uos flagellis. ego cedam uos scorpionibus.
Q.d. Ego sum potentior patre et maiora faciam
super uos. Est autem scorpio uirga aculeata. uel
flagellum uirgarum nodosum uel scutica habens in
summitate glandes plumbeas. et indignatus populus
ait. Que nobis pars in dauid. uel que hereditas in fi-
lio ysai. Q.d. Queque tribus portionem suam here-
ditariam habet a domino. que necessitas est ut ex una
eligatur qui regat alias. Queque tribus regat
hereditatem suam. Et recesserunt .x. tribus ab
eo. Rex uero misit post eos aduram ut mitiga-
ret eos qui erat super tributa et lapidauerunt

eum. Tunc timens roboam fugit in ierusalem. Decem
uero tribus constituerunt ierob. regem super se. Iuda uero
et beniamin secute sunt roboam et fuerunt cum
eis leuite propter templum quod erat in ierusalem. Extunc
separata est monarchia regni iudeorum in duo regna
nec amplius rediit ad unitatem. et dictum est
regnum .x. tribuum regnum israel pro multitudine
sua. nomen iacob patris sui sibi reseruans. dictum
est et effraym. quia ieroboam qui de effraym prin-
cipaliter eis imperauit. quasi tunc primum impleta esset
benedictio super effraym. Alterum uero regnum dictum
est regnum iuda ob dignitatem tribus regie. De utroque
regno prosequitur hystoria que in uno scalari-
ter et uicissim nunc de hoc loquitur. nunc de illo. Quod
tamen diligens lector de facili deprehendet. *De*
Porro *roboam et abdo et uitulis*
roboam collegit exercitum. electo-
rum ut pugnaret contra israel. et misit ad eum
semeiam prophetam dicentem. Hec dicit dominus.
Non pugnabitis contra fratres uestros. Quamuis for-
tasse ibi hec q. de scismate regnorum intelligit.
et quieuerunt a prelio. Ierob. autem dixit in corde
suo. Si ascenderit populus iste in ierusalem ut in domo
conuertetur cor eius ad dominum suum roboam et
interficient me. Tunc excogitato consilio fecit
duos uitulos aureos. quos io. uocat uaccas
et constituit utrumque pharium. alterum in dan. alterum
in bethel. et dixit ad populum. Ecce dii tui israel
qui eduxerunt te de terra egypti. Q.d. Omnis locus
habet deum. non habetis necesse ut ascendatis ad
hostium ciuitatem. ut inquiratis deum. fecit uobis
uitulos equiuocos deo uestro in eis adorans deum.
fecit constituam ex uobis sacerdotes et ministros. ne filiis
leui egeatis. Cumque immineret scenophegia con-
stituit eis diem sollempnem in mense octauo
quinta decima die mensis. forte tunc solaris festi
de mense septimo in octauum. uel lunario septem-
bris descendat in octobre. Tunc ascendit cum populo
in bethel ad diem festum. Dominus autem misit pro-
phetam de iuda in bethel. qui in paralipomenon
nominatur abdo. hic a quibusdam dicitur fu-
isse gad. qui rege stante super altare ad im-
molandum exclamauit. altare altare. hec

dicit dominus. Nascetur filius domui david iosias
nomine qui comburet super te ossa sacerdotum tuorum
eruta de tumulis suis ad prophetam ait. Da
bo vobis signum quod locutus sit in me dominus. Ecce alta
re scindetur et effundetur oblatio que est in eo.
Tunc rex extendit manum suam precipiens eum
apprehendi. et statim aruit manus eius cum hoc
dicto. altare autem scissum est et effusa sunt omnia
que erant in eo. et timens rex ad prophetam ait. Ora pro
me ut restituatur manus mea michi. Quo orante
reversa est manus regis ad eum. Cumque dixisset ei
rex. veni ut prandeas mecum et dabo tibi munera.
respondit. non possum. sic enim precepit michi dominus. Non co
medes panem neque bibes aquam. neque reverteris
per viam qua venisti. Egressus itaque de bethel
revertebatur in ierusalem per aliam viam. Erat autem
in bethel propheta quidam senex et iacens in lecto.
cui cum indicasset filii sui que viderant et audierant
dixit eis. Sternite asinum. Et ascendens abiit post
virum dei et ait ad eum. Redi mecum ut comedas.
Qui ait. non possum. quia prohibuit dominus. At
ille. propheta sum sicut et tu. et dixit michi dominus. Re
duc eum tecum ut comedat. et ita seduxit eum et reduxit.
Cumque sederet ad mensam. factus est sermo domini ad prophetam
qui reduxerat eum et ait in spiritu. Quia non custodisti
mandatum domini. non inferetur cadaver tuum in sepul
chrum patrum tuorum. Et nota quod per iniustum iuste
locutus est spiritus. ut ex eodem ore propheta penam acci
peret unde et culpam acceperat. Cumque rediret vir
dei post prandium occidit eum leo in via. Asinus
autem stabat iuxta illum et leo custodiebat
cadaver nec asinus tangebat nec illud. Quod cum
accepisset ille senex propheta. retulit cadaver eius
et posuit illud in sepulchro suo dicens filiis suis.
Cum mortuus fuero ponite ossa mea iuxta eius
ossa ut parcatur ossibus meis pro eo. quia fiet verbum
domini de crematione ossium super altare. Ieroboam autem
non est reversus a via sua pessima. Nam senex
ille propheta persuadebat ei non fuisse verum prophetam
quem dominus occiderat. et dexteram ipsius pro labore
sacrificandi obstupuisse. Et cum requievisset
ad naturam propriam remeasse. Altare vero propter
onus impositorum ruptum fuisse aiebat.

XIIII

In diebus **De morte ieroboam.**
illis egrotavit abia filius ieroboam. et ait
rex uxori sue. Commuta habitum ne cognos
caris uxor mea et vade in sylo ad achiam
prophetam qui michi quondam locutus est de regno. ipse
indicabit tibi quid eventurum sit huic puero.
Et ascendit illuc ad achiam. Qui videre non
poterat pre senectute. sed premonitus a domino ait. In
gredere uxor ieroboam. quare te aliam simulas.
vade et dic ieroboam. Hec dicit dominus. Exaltavi te de
medio populi. tu autem proiecisti me post tergum
tuum et fecisti tibi deos alienos et conflatiles. et
ego percutiam de ieroboam. mingentem ad parietem
et clausum. id est incarceratum et novissimum in israel
id est delebo de domo eius et vilissima que pro sui
vilitate neglegenda putantur. et dabo cada
vera eorum canibus et feris. tu autem revertere et
in introitu tuo morietur puer. qui solus de do
mo ieroboam. inferetur in sepulchrum. Et rediit illa
in thersa et mortuus est puer. et sepelierunt
eum. Reliqua vero ieroboam. scripta sunt in libro ver
borum vel dierum regum israel. Et mortuus est ieroboam. cum
regnasset. xx. et duobus annis. **De morte Ro**
boam.
Porro roboam regnavit
in iuda. xl. et unius anni erat cum reg
nare cepisset. et xvii. annis regnavit in ierusalem. Sed
et iudas peccavit coram domino et fecit sibi aras.
statuas et lucos super excelsa. Sed et effeminati
fuerunt in terra. id est cultores cybeles eviriati vel
ut alibi legitur de ierophantis id est sacerdotibus ydo
lorum qui eviriati erant. Offensusque dominus suscitavit
contra iudam susach regem egypti. anno .v. reg
ni roboam. Qui ingrediens ierusalem pactis prece
dentibus federa non servavit. sed diripuit thesauros do
mus domini et domus regie. Scuta quoque aurea que
fecerat salomon pro quibus fecit rex roboam scu
ta erea. Habuit autem roboam uxores. xviii.
concubinas vero. xxx. et nati sunt ei filii. xx
viii. filie vero. lx. Reliqua roboam scripta sunt
in libro verborum dierum regum iuda. Opera eius
prima et novissima scripsit semeias propheta.
Et mortuus est roboam et sepultus in civi
tate david. et regnavit pro eo filius eius abia.

Non aiunt hebrei hoc ni-
mis quia non
volasse super
ierusalem et
fere
in
deos desperasse.

j. Incid.

In diebus roboam latinorum .vij. Incidentia.
rex fuit silvius achis. Sum silvii egypti. Refert
erodotus susath regem egipti multas gentes sibi subiu
gasse. et quasdam sine prelio cepisse. In subsan
nationem quarum instatuis earum que tiun
phanti preferebantur genitalia mulierum insculp
sit. Refert quoque ethiopas et phenices ab egyp
tiis didicisse circumcisionem. De Rege

j. XV VV om

Igitur in .xviij. anno Abya.
regni ierobo. regnavit abia super iudam tribus
annis regnavit in ierusalem. Nomen matris eius ma
cha filia thamar filie absalon. et ambula
vit in omnibus peccatis patris sui. Et factum est prelium
inter roboam et abiam in loco qui vo
catur mons amorreorum. et habuit abias contra
spem victoriam inestimabilem. Et mortuus
est abia. et sepelierunt eum in civitate david. et
regnavit asa filius eius pro eo. In anno .xx. ierob.
regnavit asa super iuda. et .xl. et uno anno reg
navit in ierusalem. Nomen matris eius .i. avie ma
acha. Et nota quod roboam et roboam dicitur con
regnasse .xvij. annis. et postea abia conregnavit
roboam. tribus annis. et sic impleta sunt .xx.
anni regni ierob. Non ergo in .xx. anno ierob.
cepit regnare asa ut dictum est. sed potius in .xvi.
quod sinodochice dictum est. Dicitur enim abia regnasse
tribus annis. eo quod regnavit duobus annis. et
in parte quadam tercii. et in reliqua parte eiusdem
anni cepit regnare filius eius asa .i. in .xvij.
anno regni ierob. Huiusmodi contrarietates sepe
occurrent in sequentibus. Quarum quedam determi
nantur per sinodochen. vel quia conregnaverunt
quandoque filii patribus ut primo diximus. que vero
terminari non possunt. vicio scriptorum ascribuntur.

j. Ano autem .xxxvi. asa con
minuisse idolum priapi
inpulverem et cum spar
sisse in torrente cedron quod
ut palam fieret ex aqua
ignis processit a domino.

Fecit asa De asa et regibus israel. nadab. ba
fecit rectum coram asa et hela.
domino sicut david pater eius. et abstulit effeminatos
de terra. et sordes ydolorum. et maacham matrem
suam amovit. ne esset princeps in sacris priapi.
et subvertit specum eius et simulachrum tur
pe combussit in torrente cedron. excelsa tamen
non abstulit. Porro nadab filius ierob. reg
navit super israel anno secundo asa regis iuda. Et patrem

quo ierob. in principio .xx. secundi anni regni sui
mortuus est. Hic enim annus fuit secundus regni
asa. et regnavit super israel duobus annis. i. uno
anno et aliqua parte alterius anni. Nam pars
anni vocatur annus per sinodochen. sicut in evan.
dicitur Christus predicasse tribus annis et dimidio. ubi
pars dimidii anni vocatur dimidius annus.
Sepe etiam fit contrarium. ut tota summa temporis no
minetur partis sue vocetur per sinedochen. ut
Noe cum .d. esset annorum genuit sem. Cum
tamen esset Noe .d. et duorum annorum. Hec duplex
sinodoche plurimum occurret in sequentibus
sed hec dicta hic sufficiant. Nadab vero ambu
lavit in viis patris sui quibus peccare fecit
israel. Qui cum obsideret iebethon urbem phi
listinorum insidiatus est ei baasa. et regnavit
pro eo anno tercio asa regis iuda. et percus
sit omnem domum ierob. iuxta verbum domini
silonitis. et regnavit in thersa .xx. an
nis. non tamen completis. Et erat bellum inter
asa et baasa cunctis diebus eorum. Porro
.x. anno regni sui percussit zariam regem
ethiopie plaga grandi qui irruerat con
tram iuda et redeunti asa automa
occurrit azarias propheta dicens victoriam
sibi a deo concessam. quia legittima eius serva
bat. Tunc sepelivit asa in omnem puritatem,
ut omnis legittima diligenter servarentur.
Baasa vero rex in israel peccavit coram
domino ambulans in viis ieroboam et ultimo
venit ad eum ihesu propheta filius anani
dicens. Hec dicit dominus. Exaltavi te de pulvere
tu autem ambulasti in viis ierob. et in multis
peccare fecisti populum meum. et ideo demetam
posteriora tua. et faciam domum tuam sicut domum
ierob. Post hiis tamen non quievit baasa. Sed as
cendit in iudam. Et edificavit rama. xl.
stadiis a ierusalem. Cumque videret asa regem iuda
se artari. tollens aurum et argentum de
domo domini et domo regia. misit illud per
servos suos ad benadab regem syrie
in damasco. dicens. Fedus fuit inter patrem
meum et tuum. et inter me et te. Precor ut re

ritū facias fed⁹ q̄ hēs cū baasa ut rece
dat a me. ⁊ acquiescens benadab. misit
exercitum ī ciuitates isrl'. Q̄ audiens ba
asa. intmisit edificare rama ⁊ reu's
ē in thersa. Rex aū asa misit in omne
iudā dicens. nemo sit excusatus. Et tu
lunt lapides ⁊ ligna de rama ⁊ muniuit
de eisdem rex asa gabaa ⁊ masphā. et
uenit ad eum iheu ꝓpha. uł ut quidā
uolunt. anaꝑ pr̄ iheu arguens eū q̄ re
licto dn̄o spem posuiat in regem syrie.
et misit eum rex ī neruū ꝓp q̄ in tpre
senectutis sue doluit pedes ⁊ mortuus ē
⁊ sepultus in ciuitate dd̄. Et regnuit io
saphat filius eius ꝓ eo. Sub asa fu͡it. viij.
rex latinoꝝ siluꝰ capis. Viuēte eo adhuc
uiuente descendit s'm quosdā iheu ꝓ
pha ad baasa regem isrl' ad arguendū
et occidit eū baasa. Mortuus ē ḡ baasa
⁊ sepultus ī thersa. Occisus ē aūt ut
dicit iose. a creone ꝯmilitone suo. ⁊ reg
nuit ꝓ eo in thersa filius eꝰ hela. anno
xxvi. asa regis iuda ⁊ regnuit sup isrl'
duobꝫ annis. i. anno ⁊ pte anni. Q̄ dū
recumberet ī domo arsa pfecti sui. pcus
sit eū temulentū. et zamri sȝ sił dux
medie ptis equitū. pcussit q̄ omnē do
mū baasa iux̄ ūbum iheu ꝓphe. De
anno zamri et amri. ab
Anno xxvii. asa regis iuda. regnuit
zamri in thersa. vij. diebꝫ. Porro exercit⁹
isrl' obsidebat gebethon. Qui cū audisset
zamri occidisse regē ela ꝯstituit sibi re
gem amri qui erat princeps militie ī
castris anno. xxvij. asa. ascendit ergo
amri et omīs isrl' cū eo. ⁊ obsidebat th
sa. Timens aūt zamri. fugit in domū
regiam ⁊ succendit se cū ea. Tūc diuis⁹
ē pp̄ isrl'. media ps seq̄batur thebni. ⁊
media ps amri. et durauit h' ꝯtentio
tbꝫ annis ⁊ plꝰ. tū amri q̄ iam rege
bat. et p̄ualuit amri ⁊ interfectus est
thebni. anno. xxxi. asa regis iuda reg
nuit amri plene sup isrl'. et. xij. annis
regnuit a pma electione sua. In thersa
reg. vj. annis amri. ⁊ emit a semer
duobꝫ talentis argenti. montis pte ī
quo erat ciuitas mareō. ⁊ repauit eā
⁊ iposuit ei nom̄ somareō. q̄ a somer
⁊ mareon. que grece dr̄ samaria. ⁊ ī ea
posuit sedem regni qui prius fuiat ī ther
sa. Et fecit amri malū coram dn̄o sup
om̄s qui fuerūt ante eū. ⁊ mortuus ē
et sepultus ē in samaria. ⁊ regnuit a
chab filius eius ꝓ eo. Anno. xxxviij.
asa regis iuda. hic forte patꝫ iucūm
sciptor. Regnuit eñ amri patr̄ achab
xij. annis ut dcm ē ⁊ cepit regnare
anno. xxxi. regni asa. Qui regnuit
xl. ⁊ uno anno ⁊ ita asa mortuus ē
adhuc amri uiuente. Vꝰ ē autem q̄
dicit iose. q̄ iam regnāte iosaphath
filio asa. cepit regnare achab. tū dete
minatōm que hic fi' solꝫ ī fine regum
inuenī⁹. De achab ⁊ iezabel ⁊ helya.
XVI
Et regnuit achab sup isrl'. xx. et
duobꝫ annis. tn̄ iose. dic. xx.
annis ⁊ duobꝫ mensibꝫ. nec suffec̄ achab
ut ambularet ī uijs iero. s; introdux̄
ydola gentiū in isrl'. ⁊ dux̄ uxorem ie
zabel filiam methabal regis sydonioꝝ
et edificauit ī samaria phanū ⁊ alta
re baal. ⁊ adorauit eū. In diebꝫ eius re
edificauit hael de bethel iericho. Cuiꝫ
posuit fundamēta eius. mortuus ē abi
ram filius eius primogenitꝰ. Cuiꝫ por
tas muniret. mortuꝰ ē segub nouissi⁹
filius eius iux̄ u'bū predictum iosue. Et mi XVII
sit dn̄s heliam thesbitem de habitatoribꝫ
galaad ad achab. Qui ait ad regē. Viuit
dn̄s ds̄ isrl' in cuiꝰ cōspectu sto. si erit an
nis hijs ros ⁊ pluuia n̄ iuxta oris mei
ūba. apesiopesis ē. uł ponit̄ si. pro nō.
et querebat achab aīam helye. Qui fu
git ex pcepto dn̄i et latuit in torrente
charith qui ē contra iordanē. Corui aūt

deferebant ei cibum panem et carnes mane et
vespere et bibebat de torrente. Post dies autem
siccatus est torrens. Non enim pluerat super
terram. Et ait dominus ad helyam. Vade in Sa
repta sydoniorum. Precepi enim ibi mulieri vidu
e ut pascat te. Et erat sarepta urbs mo
dica inter tyrum et sydonem. Et silva iuxta
urbem sarepta dicebatur. Cumque venisset
helyas ad portam civitatis. apparuit ei
mulier vidua colligens ligna. Cumque que
sisset ab ea poculum aque. addidit et ei ut
afferret ei buccellam panis. Que respondit. Si non
habeo nisi pugillum farine in ydria et pau
lulum olei quo conspergerem eam et panem ex
ea facerem comederem cum filio suo. et post defi
ciente cibo tabescerent. Ad quam helyas ait.
Noli timere. fac mihi primum subcinericium pa
nem. tibi et filio tuo facies postea. Hec enim
dicit dominus. Hydria farine non deficiet. nec le
chitus olei minuetur. donec pluat super ter
ram. Fuitque helyas apud viduam tempore ali
quo. Post hec mortuus est filius mulieris. Que
dixit ad helyam. Cur ingressus es ad me
vir dei ut rememorarentur iniquitates mee.
.i. magis appareret. ex comparatione equitatis tue
tidie renouatur. Fecerant et equos et currus putantes ut in huiusmodi helyam transtulisset. Et ascendens rex in bethel super altare quod fecerat ieroboam combussit ossa sacerdotum et falsorum prophetarum eruta de sepulchris excelsorum iuxta uerbum abdon prophete. Cuius titulum cum legisset in sepulchro precepit ne mouerentur ossa eius. Sic et illius cum quo sepultus erat. Idipsum fecit in excelsis samarie et in urbibus manasse et effraym et symeon usque in nepthalim ossa de tumulis excelsorum eruta super altaria comburens et eas in puluerem redigens. Hoc predictum erat de iosia annos .ccc.lx. et iiii. Et reuersus in ierusalem fecit phase conuocans ad id et filios israel qui captiuitatem aliquo casu assyriorum aliquo effugerant. uel etiam de captiuitate aliquo casu redierant. Et fertur ex eis fuisse ad .xl. milia hominum. Non est factum phase tale a diebus iudicum. In paralipomenon legitur a diebus samuelis. quod possit dici inicio scriptorum factum. et scriptum esse samuelis post salomonis. Nec idipsum in iosepho legitur. Potest ergo intelligi quod samuel fecit phase. etsi in hystoria non legatur. Vel aliter iudices fecerunt phase. Certum est quod inter moysen et iosue iudices fuerunt. Et factum est hoc phase in ierusalem .xviii. anno regni iosie.

In diebus eius **De morte iosye.** ascendit pharao nechao rex egypti contra regem assyriorum. Audierat enim eum debilitatum iam. quia medi et babilonii a monarchia eius recesserant. et estimabat quod de facili posset obtinere syriam. Primo tamen aggressus erat regem adremon qui regnabat tunc in cartamis. Descendit ergo iosias in occursum eius prohibens ne transitum faceret per iudeam. et misit pharao ad iosiam dicens. Quid michi et tibi rex iuda. Non aduersum te uenio ad expugnandum te. Promittit me deus ad medos. Sine me. Ne deus qui mecum est interficiat te. et non acquieuit iosias. Sed cum rege adremon componebat acies ut dimicaret aduersus pharonem. et forte dum transisset a curru in currum qui sequebatur in more regio. occisus est a sagittariis in campo mageddon. et planxit eum ipso labili adremon rex cum exercitu suo. unde dictum est. Non erit planctus sicut planctus adremon. Tradunt autem quod iuxta arborem ad fontem occisus fuit. que statim aruerunt et relatus est in ierusalem et sepultus est in mausoleo patrum suorum. et planxit eum uniuersus iuda et ierusalem. et maxime ieremias qui super eius exequias scripsit trenos lamentabiles. Quomodo sedet sola ciuitas. etc. Quibus utebantur cantores et cantatrices super exequias iosie. et longis temporibus in iudea super iosiam eos replicabant. quibus postea superaddidit idem ieremias alias lamentationes super excidio ciuitatis.

In diebus iosie. quartus romanorum rex ancus marcius numme nepos ex filia auentinum montem et ianiculum urbi addidit. Super mare .xvi. ab urbe miliario hostiam condidit. Oraculo dodoneo primum grecia usa est. Quintus romanorum rex tarquinius priscus. qui circum rome edificauit muros et cloacas et capitolium. extruxit ludos romanos instituit. anno [illegible] athenarum deportatus est. Reliquit iosias tres filios. elyachim. qui et iechonias primogenitum .xxv. annorum. Medium autem ioachaz qui et sellum dictus est .xxiii. annorum. et tercium mathaniam circiter .viii. annorum. Tulit ergo populus medium filium ioachaz et constituit eum regem pro patre suo qui tribus mensibus tantum regnauit in ierusalem. Sicut dicitur paralipomenon. ueniens rex egypti in ierusalem amouit eum et imposuit multam terre .c. talenta argenti et unum auri. et constituit regem pro eo fratrem eius primogenitum elyachim sibi tributarium. et mutato nomine uocauit eum ioachim ut mutato nominis signum esset subiectionis. et duxit secum ioachaz in dolo sub specie honorandi eum in egypto. Sed cum

i. Anthiochia

fuerunt in reblata. Vinctum misit in carcerem
in egypto et mortuus est. De ioachim
Porro ioachim xxv annorum
erat cum regnare cepisset et xi annis
regnavit in ierusalem. Et fecit malum coram domino
iuxta omnia que fecerant patres eius. Cumque argu-
eret eum urias propheta comminatus est ei valde.
Et fugit urias in egyptum et misit post eum
ioachim et reduxit eum et morte turpissima
interfecit eum. Anno quarto regni ioachim
cepit regnare nabuchodonosor in babilone.
Qui victo rege egypti tulit omnia que eius
fuerant a rivo egypti usque ad flumen eu-
frate. Et transiens eufratem omnem syri-
am usque ad pelusium cepit preter iudeam. Por-
ro anno iiii ioachim locutus est ieremias ad
omnem populum iuda et ad cives ierusalem dicens.
A tertiodecimo anno iosie locutus sum vobis
verba domini et hodie est xxiii annus et non au-
distis me. Propterea hec dicit dominus. Adducam servum
meum nabuchodonosor super terram hanc et super omnes
nationes que in circuitu eius sunt. Et servient regi ba-
bilonis lxx annis. Cumque impleti fuerint an-
ni lxx visitabo super regem babilonis et
super terram chaldeorum iniquitatem eorum et po-
nam illam in solitudines sempiternas. Et mi-
rabantur quod tam audacter loqueretur. Iam et
in principio regni ioachim cum staret in atri-
is templi et dixisset. Hec dicit dominus. Dabo domum
hanc sicut sylo et urbem hanc dabo maledic-
tionem. Apprehenderunt eum sacerdotes et prophete et
omnis populus dicentes. Morte moriatur. Et ascen-
derunt de domo regis principes iuda et sede-
runt in porta domus de domo domini et accu-
sabant ieremiam sacerdotes et prophete. Qui respondit.
Misit me dominus ut prophetarem adversus locum
istum. Ecce in manibus vestris sum. Facite quod rec-
tum est in oculis vestris. Et liberaverunt eum princi-
pes a manibus populi et maxime achan filius
saphan. Dicentes quod micheas in diebus eze-
chie similia predicasset et missi prophete in diebus
regum nec ideo a regibus oppressi fuerint sed ho-
norati. Clauserunt tamen principes ieremiam
ne publice predicaret. Dixitque tunc dominus ad ie-
remiam. Tolle volumen et scribes omnia verba que
locutus sum tibi adversus iudeam et alias gentes
a diebus iosie usque ad diem hanc. Et vocavit
ieremias baruch filium nerye et scripsit ba-
ruch ex ore ieremie omnes sermones domini. Et
dixit ad eum ieremias. Clausus sum nec valeo
ingredi domum domini. Ingredere ergo tu et lege que
scripsisti in die ieiunii audiente populo et univer-
sis qui veniunt de civitatibus suis. Et fecit
baruch sicut preceperat ei ieremias sepe legens
in domo domini. Factum est autem in anno v ioachim in
mense ix predicaverunt ieiunium omni populo in
ierusalem et universis qui confluxerant de iuda et
legit baruch sermones ieremie in introitu porte
nove domus domini. Quod cum audisset filius gamma-
rie micheas descendit ad principes et senio-
res domus regis qui sedebant in gazophilatio
scribe. Quibus cum nuntiasset ea que audierat ad-
vocaverunt ad se baruch. Qui cum legisset omnia
verba coram eis obstupuerunt et dixerunt ei. Abs-
conde tu et ieremias. Et nemo sciat ubi sitis.
Et ingressi sunt ad regem. Qui sedebat in domo
hyemali mense nono et posita erat arula
coram eo plena prunis. Cumque legisset iudi filius
nathanie tres pagellas vel quatuor scidit
rex volumen scalpello scribe et proiecit in igne
donec consumeretur. Quibusdam tamen contradicentibus
et precepit rex suis ut comprehenderent ba-
ruch et ieremiam. Dominus autem abscondit eos. Et
dixit iterum dominus ad ieremiam. Scribe rursum in vo-
lumine omnes sermones quos combussit ioachim et
super addes plures et precipue ea que dicit dominus contra
ioachim. Non erit ex eo qui sedeat super so-
lium david et cadaver eius proicietur ad estum per diem
et ad gelu per noctem. Non plangent eum ve frater
ve soror. Id est non plangent eum frater et soror dicen-
tes. Ve. Non concrepabunt ei ve domine et ve incli-
te. Sepultura asini sepelietur putrefactus et
proiectus extra portas ierusalem. Quod nabuchodo-
nosor ascendit in iudeam.
Peractum est autem viii ioachim ipse est iiii et
anno nabuchodonosor ascendit nabuchodonosor in iudeam

in

e

t anno

& deprlabatur ea. Recabite autem qui habita
bant in tabernaculis seorsum ab hominibus ti
mentes ascenderunt in ierusalem ut saluarent
animas suas. et dixit dominus ad ieremiam. Uade &
introduces omnes recabitas in unam exedram
thesaurorum iuxta domum domini. et introduxit eos
in gazophilatium filiorum eneam & posuit
coram eis & calices plenos uini dicens.
Bibite uinum. Qui responderunt. Non bibemus quia io
nabad filius rechab pater noster precepit nobis
dicens. Non bibetis uinum uos & uxores
uestre. & filii uestri usque in sempiternum. domum non
edificabitis. sementem non seretis. uineas
non plantabitis. in tabernaculis habitabitis cunctis
diebus ut uiuatis multis diebus
super terram in qua peregrinamini. & tunc
ait dominus ad ieremiam. Dic habitatoribus ierusalem.
Hec dicit dominus. Numquid non accipietis disci
plinam ut obediatis mihi. sicut recabite
patri suo. propterea inducam super uos mala
que locutus sum. De stirpe uero rechab.
non deficiat uir stans in conspectu meo.
Porro cum ascendisset nabuch. in ierusalem.
cepit ioachim & ligauit eum et trahebat se
cum in babilonem & nobiles cum eo. In terrine
uero posuit nabuch. tributum & remisit
eum in ierusalem. Et obsides traxit secum pueros de
semine regio. scilicet danielem & tres pueros qui
seruiuit ei ioachim tribus annis. Sed cum
audisset quod rex egipti contra pugnare uellet
contra nabuch. negauit ei tributum quod promiserat. et ascendens rex babilonis in ierusalem.
sub iure federis interfecit eum. Sed cum interfecisset fidem
non seruauit. sed iuuenes fortissimos quosque
occidit una cum rege ioachim. quem & ante
muros insepultum proici iussit. et quia non
fidem seruauerunt ei hostes. ideo forte liber
regum uocat eos latrunculos dicens. et
inmisit dominus in ioachim latrunculos
chaldeorum et sirie in moab et amon. ut
disperderent eum iuxta uerbum domini. Nam signata
sunt inuenta in corpore occisi contra
legem .i. nomen ydoli quod colebat chodonazer.

Et constituit De iechonia
nabuchodonosor filium eius regem ioa
chim iechoniam equiuocum. scilicet xviii. annorum erat
ioachim cum regnare cepisset & tribus tantum mensibus
et .x. diebus regnauit. Nam cum recessisset
nabuch. timuit ne ioachim memor ue
cis patrie adhereret egiptiis et pugnaret
aduersus eum. & ideo rediit et obsedit ierusalem.
Sed ad uocem ieremie egressus est ioachim ad
eum cum matre et cum omni domo sua & prin
cipibus. et suscepit eos rex babilonis anno
viii. regni sui. et tulit uniuersa uasa
aurea de domo domini & thesauros domus re
gie. & transtulit in babilonem cum rege & cum
eis de domo regia circiter duo milia de
principibus et uiris robustis. vii. artifices
& inclusores in summa quasi .x. inter quos
mardocheus. ezechiel. adhuc iuuenes de
genere sacerdotum. uidetur tamen iosephus uelle quod
duos libros conscripsat de futuro urbis ex
cidio quos reliquit in iudea. Isti quoniam spon
te se tradiderunt, proprie dicti sunt transmigratio
iude. alii uero qui postea per uiolentiam tracti
sunt, proprie dicuntur captiuitas iude. Ab hac
transmigratione. scilicet ab. viii. anno regni
nabuch. quidam inchoant numerare lxx
annos captiuitatis. constitutione de
Et constituit nabuch. de sedechia
regem ierusalem patruum ioachim ma
thaniam ut seruiret ei sub tributo interposi
ta religione iurisiurandi. Et mutato
nomine. uocauit eum sedechiam. Uicesimum
primum etatis annum agebat sedechias cum
regnare cepisset. et .xi. annis regnauit in ierusalem
et fecit malum coram domino sicut ioachim frater
eius. Erat enim supplex cogitans ut adhereret
regi egiptiorum. et non seruaret iusiurandum
regi babilonis. seduxerunt enim eum pseudo
prophete dicentes babilonios uincendos ab egiptiis.
Cumque diceret ei ieremias ut spem poneret in deo
& non in homine. dixit ad eum dominus. Descende in
domum figuli & ibi audies uerba mea. & descendit & ipse figulus faciebat opus super

sup rotam. et dissipatum e uas i manibz
eius. et conus fecit de eode luto altium
uas sic placuit i oculis eius. et dix ds ad
ieremiam. Sic domui iuda. h dic ds. Sique
sic facit figulus poto facere uob. ut destruam
et dispdam uos. et penitens edificem et
plantem. Fctm e aut in anno. iiij. regni
sedechie. miserunt ad eos nuncios. Rex edo
rex moab. rex amon. rex tyri. rex sydonis
potentes ut pit fedati unanimit tribu
ta negaret regi babylonis. et dix ds ad
ieremiam. fac tibi cathenas ligneas. i. re
tortas. vi. et pones unam in collo tuo. et ali
as. v. dabis i manu nunciorum. v. regum cora
sedechia dices. h dic ds. v. regibz. i. regi
iuda. Ego feci terram et dedi eam cui pla
cuit i oculis meis. et nunc dedi omes terras
istas i manu nabuch. sui mei. Gens au
et regnum que n suiet ei. in gladio. fame
et peste uisitabo sup eos. Nolite audire
uba pphar dicentium uob. no suietis re
gibz babylonis. ne peatis cu eis. Et cu
cplesset ieremias mandatum dni cora sede
chia. ananias ppha de gabaon. tulit
cathenam de collo ieremie et confregit ea
dices. h dicit ds. Sic cfringam iugum
regis babilonis de collo istarum gentium
pt duos annos dierum. et referri faciam omia
uasa dni et reducam omne transmigratione
iude ad locum istum. Et ait iere. Am. Sic fa
ciat ds qd dicit. Scriptum uelle ego si ei pbz
vrum audi anania no misit te ds et
cfide fecisti pplm istum mendatio. ppterea
morieris h anno pt duos mses dierum.
et mortuus e ananias i anno illo mese
viii. nam h pdixerat iere. i mense. v.
Tanis au sedechias ad morte ananie mi
sit nuncios i babilone cu tributo. misit
iere. eplam i manibz nunciorum secreto ad
omne transmigratione iude dicens. h dic ds
ds. edificate domos et plantate ortos. du
cite et date nuptum. et querite pace ciui
tatis ad qua uos transmigrare feci. et orate

pro ea dnm. qr in pace illius erit pax ura. no
uos seducant pphe qui i medio uri sunt
qui pmittunt uos in breui redituros. qr cu
ceperint impleri in babilone. lxx. anni. re
ducam uos ad locum urm. h au dic ds ad
achab filium culie. et ad sedechiam filium
maasie qui pphat uob mendaciter. Tra
dam eos i manu regis babilonis. et pcu
tiet eos in oculis uris. et assumetur ex eis ma
ledictio dicentium. ponat te ds sic sedech. et
sic achab. quos frixit rex babilonis igne
pro eo q fecerunt stultitiam in israel. Igneus p qualz
israel. et mechati sunt in ux. pena pt accipi.
ores amicorum suorum. et locuti s ubum in nomine
meo q no mandaui eis. hos duos tradunt
hebrei fuisse illos duos senes quos pea di
iudicauit daniel. n obe q dr rex babilo
nis eos frixisse cum daniel dicat eos la
pidatos. Conuictos enim tradiderunt regi
ad penam que nomine ignis signata est.
Cumqz redissent nuncij de babilone. attulerunt
lras ex pte pseudo pphar ad sacdotes ierlz
in h uba. Posuit uos ds in domo sua sup
omne uirum arepticium et pphante ut mit
tatis i neruum et in carcerem. et nunc quare n in
crepatis iere. qui scripsit uob edificate domos
qr n redibitis. et legit eplam cora sedechia
i auribz iere. Et ait iere. h dic ds sup eos
quos transmigrare feci uisitabo ubum bonum.
ut reducam uos eos s uos aque quos no
egssi estis cum eis i mittam gladium et fa
mem. et pestem. et ponam uos qsi ficus malas.
malas ualde. et ait ds. Sicut ficus hee bo
ne sic cognoscam transmigratione quos emisi
de loco isto. et reducam eos in terram hanc.
et sic ficus pessime. sic dabo sedechiam et
reliquos quos romani seruant i hac urbe
in uexatione. Qr ieremias missus e i neruum.

Et dixit item dns ad iere. Vade et ac
cipe laguncula figuli testeam et
duces tecum de senioribz sacdotum. et se
niores pp. ad uallem filiorum hennon. Et uall
occisionis. Implebo enim eam cadauibz eo

Frixisse

Sophonias

Iunos ar
qn e.

et obprobrium oibz
regnis terre

.c.

q est iux introitum porte
fictilis. et cteres lagunculam
in oculis eorum et dices. hec
dic ds. Sic cteram locum istum
et ciuitatem hanc. nec uoca
bitur iste amplius tophet
et uall filiorum bennon.

q comedi no possunt. et cum qs quereret quid sis
ista. ostendit enim m dns signum. et ecce duo
calati pleni ficis positi s ante templum et dix
dns ad me. Qd tu uides ieremia. Ficus fic
bonas bonas ualde. et malas

q̄ nō sit alius loc' ad sepeliendū. Et uenit
iere. de thophet et stetit in atrio domus
dn̄i et dixit ad omnē ppl'm. H dicit do.
Ecce inducam sup hanc ciuitatē uni
ũsa mala q̄ locutus sū aduersus eam. Et
indignat' phassur sacdos pcussit iere.
et misit eū in neruū qui erat in porta be
iamī superiori, domo dn̄i. Cumq; illuxisset
in claustrum eduxit phassur iere. de ner
uo et dixit ad eū. Ieremi. nō phassur uo
cauit ds nomē tuū. s; pauorē undiq;.
Interpr eni phassur ul' pauor oris nig' do.
q. d. ston hebis oris nigredinē. i. pterrem
ipandi nūqua s; paues undiq; captiuũs
ducēris i babilone. Et orauit ie. ad dm̄.
Dn̄e ds rex exercituū qui uides renes et
cor. uideā ultionē ex eis. tibi enī reuela
ui causam meā. Porro in anno. v. sedech.
q̄ e annus. v. transmigrationis ioachim.
eo' e ezechiel pphare in babilone
ad concaptiuos. Postq̄m accepant eplam
iere. cui pphiam sic daniel pea psequ
tur pt excidiū urb' et obitum iemie.
XXV Porro *De prima obsidione ieru*
in principio anni noni *sale.*
sedechie. nabuch. obsedit ierl'm. q; ne
gauat ei sedechias tributū. Et misit sede
chias ad iere. phasur et sophoniā sacdo
tes dices. Interroga p nob' dnm̄ si faciat
nobcū mirabilia. Et ait iere. h dicit do. Dabo
sedechiā regem iuda et suos eius et ppl'
eius i manu nabuch. regis babilonis. Et
pcutiet eos in ore gladii et nō flectet'
neq; parcet ei; nec miserebitur. Et libe ambula
bat ieremias i medio ppl'i, h eadem cla
mās. Porro rex egipti egressus ē de egip
to cū exercitu q̄ solutus obsidionē ierl'm.
et recessit rex babilonis a ierl'. in occursum
eius et fugauit eū in ore gladii. et de syri
a coegit eum exire. Cumq; decessisset nabuch.
ab ierl'm. illuserunt falsi pphe iemie et de
cipiebat sedechiam dicentes. ston reuertent'
babilonii s; redibit transmigratio nr̄a ad
nos cū omnib; uasis dn̄i. Ieremias aut̄ con
tra
his et uia pphabat dices. Tradet' sedech
ias i manu regis babilonis et loquetur os eius
cū ore ipius. et oculi eius oculos eius uide
bunt. et in babilonē ducet sedechiam. Impro
pe
rio dicebāt iemie a mente excessisse. Por
ro iemias statuit abire ut egrederetur ad
anathoth uicū suū qui. xx. stadiis dista
bat ab ierl'm. Cumq; puenisset ad portam ben
iamin. custos porte ierias apphendit eū
dicens. ad chaldeos pfugis. et adduxit eū ad
principes. qui cesum miserunt i carcerem
qui erat i domo ionathe scribe. et sedit
ibi iemias dieb; multis. Et uenit ad eum
ananeel filius sellū patrui sui. ad uesti
bulum carceris et ait. Eme agrū meū qui
ē i anathoth. tibi enī cōpetit hereditas et
tibi
cōpetit
ppinquiori. Et intellexit iere. q̄ uerbū
dn̄i esset et emit agrū appendens. vii
stateres et. x. argenteos. et adhibuit testes
et scripsit librū possessionis signatū et stipu
lationes et rata et signa forinsecus et descrip
tum libri fecit apertum. et in oculis ana
neel et testiū dedit libros baruch dicens.
Sume librū emptionis hunc signatū et librū
hunc qui apertus ē et pone eos in uase fictili
ut permanere possint dieb; multis. Hec enim
dicit dn̄s. Adhuc possidebunt' et agri et
uinee in terra ista de qua uos dicitis q̄
deserta erit. Ecce enī congregabo eos de
uniuersis terris ad quas eieci eos. et reducam
ad locū istum et habitabunt confidenter
et feriam eis pactum sempiternū. *De ob*
Porro. ix. *sidione ierl'm.*
anno sedechie. x. mense. x. die mē
sis. luna. xx. ii. redijt nabuzardan prin
ceps exercitus babilonis. et principes nabuch
cum eo et circumdederunt ierl'm et extrux
erunt in circuitu eius munitiones. Et clau
sa ē ciuitas. x. et viii. mensib; Interim
sedechias tulit iere. de carcere et interro
gauit eū in domo sua secreto dices. Putas
ne e sermo a dn̄o q; redierunt chaldei. Qui

ait. In manu regis babilonis traderis. Sed
obsecro domine mi rex ne remittas me in
carcerem ionathe. ne moriar ibi. Et prece-
pit rex ut traderetur in uestibulum carceris et
ut daretur ei torta panis cotidie. ex-
cepto pulmento donec consumerentur omnes
panes de ciuitate. Et clamabat ieremias in ues-
tibulo carceris qui remanserint in ciuitate
fame aut gladio peribunt. Qui cum fugerint
ad hostes quasi animam morte declinabunt. Et
conuenerunt principes et seniores ciuitatis
ad regem dicentes. Rogamus te ut moriatur
homo iste. de industria enim dissoluit manus
uirorum bellantium. plane mentitur cum dicit.
sedechias uinctus ducetur in babilonem. eze-
chiel enim in babilone prophetauit dicens.
Sedechias non uidebit babilonem. Et dixit rex
ad eos. Ecce ipse in manibus uestris est. nec enim
fas est regem uobis quicquam negare. Tulerunt
ergo ieremiam et decapitauerunt [?] eum funibus
in lacum melchie in quo non erat aqua
sed lutum ut morte propria suffocatus periret.
Et erat propheta in luto usque ad guttur. quod
erat amarius omni morte. Tunc abdeme-
lech ethiops uir eunuchus de domo regis
secreto dixit ad regem. peccare te fecerunt
uiri isti grauiter [?]. Qui respondit. Tolle tecum xxx.
uiros et leua prophetam de lacu antequam mo-
riatur. Qui assumptis uiris. tulit pannos
ueteres de domo regis qui computruerant
et summisit eos in lacum per funiculum. dixit
ad ieremiam. Pone pannos ueteres sub
cubito manuum tuarum et super funes. Quo
facto. eduxerunt eum de lacu. et uocauit eum
rex secreto ad hostium tertium quod erat in domo domini
et ait. Interrogo te ne abscondas a me aliquid.
Qui respondit. Si consilium dedero tibi non me au-
dies. si annuntiauero tibi interficies me. Et
iurauit ei rex dicens. Viuit dominus non occidam
te nec tradam te in manus uirorum qui que-
runt animam tuam. Et ait ieremias. Si exie-
ris ad principes babilonis saluus eris
tu et domus tua. et ciuitas hec non succendetur.

Si non exieris. et ciuitas succendetur et tu
cum domo tua non effugies manus eorum. Et
ait rex. Facerem quod dicis. sed timeo contri-
bules qui transfugerunt ad chaldeos ne
forte accusent me et tradar in manus eorum
et illudant mihi. Et ait ieremias. Non tradi-
deris. Tunc rex inquit. Nullus sciat uerba hec
sed si quesierint a te quid locutus est tibi rex
dices. prostraui me coram rege ne redu-
ceret me in carcerem. De fuga sedechie
Porro defecerunt capta urbe.
uictualia in ciuitate adeo ut muli-
eres comederent paruulos suos ad mensuram
palmi sicut legitur in trenis. Capta est
autem ciuitas. xi. anno regni sedechie
iiii. mense. ix. die mensis secundum iosephum et
librum regum. Secundum uero iere. v. die. Et capta
est ciuitas circa mediam noctem et sederunt
principes babilonis in porta media. Fu-
git autem sedechias cum omni domo sua
nocte et principes et amici eius cum eo per
uiam orti regis. et egressi ad uiam deser-
ti. Hoc cum nuntiatum esset a quibusdam tra-
ditoribus principibus babilonis persecuti sunt
eum diluculo et comprehenderunt eum in
campo solitudinis iericontine. Plures autem
principum dispersi sunt et recesserunt ab eo.
Ipsum uero cum reliquis uinctum traxerunt
ad regem babilonis in reblata. Qui lo-
cutus est cum eo ad iudicium dicens eum
ingratum fuisse percepti ab eo imperii. et
contra munificentiam hostiliter egisse. et deie-
rasse in deum. et addidit. Magnus deus
habet tuam nequitiam odio. te tradidit
michi. et occidit filios eius coram eo.
et saraam summum sacerdotem cum filio
iosedech reseruauit. occiditque eunuchum
qui erat super uiros bellatores et sophar
principem exercitus qui probabat tyro-
nes. et v. uiros de his qui steterant coram
rege. et tres de ianitoribus templi. et vi.
uiros probatos de uulgo. uel lx. secundum iere.
oculos uero sedechie effodit. et cathenis

uinxit eū ut adduceret in babilonē. Et cū
eo iosedech. Et redierunt qui duxerant eos
in reblata ad exercitū in ierlm. De morte
Godolie.
Itē in xi. anno sedechie.
mense v. x. die mensis. ipse ē annꝰ nonꝰ x.
nabuch. regis babilonis nabuzardā
incendit domū dn̄i et domū regis. et omēs
domos ierlm. et murū ierlm p̄ circuitū
destruxit. et tulit omnia uasa domꝰ dn̄i et
columpnas duas et mare eneum. et li
gauit ipsum ut adduceret eū in babilonē.
et isti xpi dn̄i captiuitas iude. et tulit
iere. de uestibulo carceris. de quo mandatū
acceperat nabuch. in hūc modū. Tolle
illum et pone sup eū oclos tuos. et ut
uolūit facias ei. et p̄fecit terre godoliā
filiū aicha. ut preesset pauperibꝫ qui relic
ti erant. et agricol' et uinitoribꝫ ut redderet
singul' annis uictualia regi babilōis.
Sedit aūt nabuzardā in rama et the
bantur ante eū cathenati. et tollens de me
dio eorꝫ iere. dixit ad eū. Veni mecū in ba
bilonē et honorabo te. Qz si displicet t.
reside. Omnis terra in conspectu tuo ē.
et ita apud godoliam. et quo uolueris uade
et tradidit ei nabuzardā cibaria et
munuscula et dimisit eū. Dixit et
rechabitas libos permisit. Sedit itaqꝫ ie
remias et baruch notarius eius in medio
populi qui relictus fuerat. Nabuzardā uero
abiit in babilonē. trahens secū capti
uitatē. hic fuit exitus regni hebreorꝫ.
et regnatū ē secdm iosephū in eo annis
d. et xiiii. et mensibꝫ. vi. et diebꝫ. x. Secdm
uo librū regū non plene quingentis. et
fuerunt in eo reges. ad dd. xx. iiii. ab edi
ficatione uo templi fluxerant anni cccc.
et lxxx. et menses. vi. et dies. x. ab egressu a
populi de egypto anni. dcccc. et lv. duo menses
vi. et dies. x. fuerunt aūt in templo p suc
cessionem. xv. summi sacerdotes a primo. s.
sadoch. quē instituit salomon usqꝫ
ad postremū iosedech quem interfecit rex

babilonis. De incendio urb. et templo
et godolia.
Porro cū nabuch.
uenisset babylonem cū triumpho. uic
timas sollempnes immolauit dijs suis. et
sollempnizauit cū omni populo. xv. diebꝫ
qꝫ recumbente sedechias in medium et alios
de cantoribꝫ templi cū eo qui psallerent
tam quiuantibꝫ musicis instrumentis
canerent ymnos de canticis syon. Bibe
aūt communiter in uasis domꝰ dn̄i. quar
dam nabuch. consecrauit ydol. queda
sibi reseruauit. Cūqꝫ daretur psallentib
potū. clanculo precepit ut daretur sedechie
potꝰ laxatiuꝰ coram omnibꝫ ignominiose
laxatus ē et rursū reductus est in carcerem
qui nimio afflictus dolore. post paucos
es mortuus ē. et audiens nabuch.
mortis eiꝰ extrahens eū de carcere regio
honore sepeliuit eū. In diebꝫ ezechie
ē extinctum regnū iudeorꝫ. et exordiū
buit quinta etas. cuiꝰ anno secdo fuit
defectio quam tales milesius predixerat.
In diebꝫ captiuitatis romanorꝫ. vi. rex
seruiꝰ nobilis captiue filius tres montes
urbi addidit. quirinalem. viminalem
esquilinū. fossas circa muros duxit
romanorꝫ. cuius tu primꝰ instituit. tandem
occisus ē a tarquinio superbo. presci. tarquinij
lios. eodē tempore apud grecos. vii. sapientes
appellati. Huic loco dignū duximus in
ponere contrarietates de collatione annorum re
gum iuda et regū isrl. et determinationes
eorꝫ que nob occurrerint ut tandem histo
riam expeditius prosequamur. Determina
In libro regum e tio contrarietatum.
inueniūt contrarietates de collatione annorum re
gū iuda et regum isrl. que quidē determina
ri possunt. ubi uo nō inueniūt determina
tio. uicio scriptorꝫ contigisse uel accidisse quidem
in numeris notibꝫ et numeris sepe fallūtur.
Roboam et ieroboam. primū co-regnauerunt
annis xvii. alter in iuda. alter in isrl. post
roboam cepit regnare filius eius abia in iuda.

l co regnare

in .xviij. ioboam qui .xx. duobus annis reg-
nauit in israel. et congregauit abia ioboam
tribus annis. quod per sinodochicen dictum est.
hoc est duobus annis. et aliqua parte tercii qui
erat uicesimus ieroboam et in reliqua parte
eiusdem anni cepit regnare asa. et regnauit in
israel nadab filius eius ioboam duobus annis
.i. uno anno et aliqua parte anni secundi. qui
adhuc erat tercius asa. Et occidit eum basa
et cepit regnare pro eo in israel anno tercio asa.
et regnauit .xxiiii. annis. non tamen plenis. quia
tunc regnasse usque ad .xxvij. asa. si non reg-
nauit nisi usque ad .xxvi. Hela itaque filius
baasa cepit regnare in israel anno .xxvi.
asa. et duobus annis regnauit. i. uno anno
et aliquot parte anni secundi. qui erat .xxvij.
asa. et in hoc eodem anno zambri interfecit
hela et regnauit pro eo diebus .vij. Quo mor-
tuo diuisus est populus. pars quedam sequebatur
thebni. altera sequebatur amri. et regnauit .xij.
annis in israel. Hic notandum est. quod contentio de
regno inter amri et thebni durauit per
tres annos et ultra quia statim dicit scriptura.
quod amri cepit regnare amri eum .xxxi. anno.
regni asa. Si enim mortuo zambri statim
cepisset regnare amri, cum eles fuit. ergo
regnare cepisset .xxvii. anno. uel octauo
regni asa. Verumtamen postea dicit scriptura eum
cepisse regnare .xxxviij. anno regni
asa. Si enim .xij. annis regnauit amri. et in-
choauit regnare .xxxi^mo. anno asa. et asa
non nisi .xl. et uno anno regnauit. palam est quod
amri superuixit asa. per unum annum. Vnde ergo
achab succedens patri inchoauit regnare
.xxxviij. anno regni asa. Quod sic soluitur.
postquam dicit scriptura .xxxi. anno asa. amri cepisse regnare
intelligendum est quia tunc solus et super totum israel.
mortuo thebni. cepit regnare. Cum autem
dicit eum regnasse .xxij. annis. a .xxv.
vij. anno asa numerat. quando israel elegit eum
eum in regem. quod tempus extendit usque ad .xxx.
viij. annum regni asa. cum achab reg-
re inchoauit. Huic sine sequitur scriptura
consonat. quod narrat iosaphat filium asa reg-
re cepisse .iiij. anno regni achab. qui fuit
ultimus asa .xl. scilicet primus. Porro iosaphat reg-
nauit in ierusalem .xxv. annis regnauit. huic quia
filium non habuit. frater eius ioram successit in
regnum. et cepit regnare ioram in israel anno
secundo ioram filii sui iosaphat. Sed queritur. Si an-
no .xvij. iosaphat. qui .xxv. annis reg-
nauit. quomodo ioram frater eius anno secundo ioram
filii iosaphat. et non potius .xviij. uel .xix.
anno iosaphat regnare cepit. postea statim
in sequentibus subiungit scriptura quod .xviij. an-
no iosaphat ioram filius achab regnauit.
Hec contrarietas sic soluitur. post duo annos quibus
regnare dicitur ochozias. uiii sunt quibus solus
et incolumis antequam per cancellos domus
sue corruisset regnauit. Reliqui uero .vij. uel no-
uem. quibus eo languente fiebant. et ioram ad
ministrationem regni agebat. non sibi. sed
fratri deputabantur. Vnde in .viij. uel .x. anno
regni iosaphat regnasse scribitur ioram.
quia tunc regni administrationem pro fratre lan-
guebat suscepit. Scriptura uero que dicit quod
ioram filius achab secundo anno ioram filii
iosaphat regnauit tempus quo solus de-
functo iam fratre regnare cepit attendet.
Ex diuersorum sane scriptis prophetarum collectus est
tractatus liber regum. Vnde est quod alius aliud.
et alius aliud. Sed tamen diuersitatem initium
utrumque inchoationis regni regum tam iuda quam
israel assignauit. Ioram autem filius achab
.xij. annis regnauit super israel. Illa igitur scriptura
que postea dicit quod anno .v. ioram filii ach-
ab regis israel regnauit ioram filius iosaphat
regis iuda. tempus attendit quo pro patre ad-
huc uiuente regnum administrare cepit.
Porro ioram filius iosaphat .xxxij. duorum
annorum erat cum regnare cepisset. et .viij.
annis regnauit in ierusalem. Anno .xij. io-
ram filii achab regnauit ochozias filius
ioram regis iuda .xx. duorum annorum erat
cum regnare cepisset. et regnauit in ierusalem. Qui-
dam in dolo codices habent ioram filium iosaphat

amri cepisse regnare

et post uiuit amri

Secundum anno .xvij. ochozias filius achab cepit regnare in israel et duobus annis

ochozias cepit regnare et duobus tamen annis regnauit.

qui

uno anno

filius abia .xl. et uno anno regnauit in ierusalem. anno secundo asa regnauit.

In hoc anno sic eclesiastes eum dicit filium eius achab cepisse regnare

.xx. et duorum esse tantum cum regnare cepisset quod stare non potest. Si enim .xx. duorum annorum tantum
erat cum regnare cepisset et .viii. tantum an
nis regnavit ergo tricenarius erat cum mortuus
est. Sed filius [eius] ei succedens iam .xx. duorum
annorum. Ergo quando eum genuit ioram octo an
norum erat quod est impossibile. Tamen hebrei tradunt
ioram filium iosaphat .xx. annis regnasse
et .xl. duobus vixisse quod videtur consonare
huic littere que dicit eum .xx. duorum annorum
esse cum regnare cepisset. Sed tamen dicunt solos
.viii. annos quibus innocenter vixit an[te]quam
fratres suos occidisset illi in regnum computa
tos a scriptura. Mortuo ochozia mater
eius athalia .vi. annis regnavit in ierusalem.
Eisdem .vi. annis conregnavit et hyeu
qui .xxviii. annis regnavit in israel. An
no .vii. hyeu cepit regnare in ierusalem io
as et .xl. annis regnavit. Regnaverunt ergo pariter
in iuda et hyeu in israel .xx. et duobus an
nis regnavit. Quibus finitis mortuus est
hyeu et successit ei in regno ioachaz fi
lius eius et ut iniocatus choans regnare
anno .xxiii. regis iuda et .xvii. annis
regnavit in israel. Sed queritur. Si anno .xxiii. ioas
ioachaz cepit regnare et annis .xvii.
regnavit cum ioas .xl. tantum annis regnavit.
palam est quod usque ad .xxxix. vel potius .xl.
annum eius ioachaz regnavit. Quomodo ergo
statim in sequentibus dicit scriptura quod ioas
filius ioachaz anno .xxxvii. ioas re
gis iuda regnare cepit. Forte tertio in
ueniunt patre simul cum patre regnavit. Forte
scriptorum negligentia que in numeris sepe fuit.
Hanc difficultatem repit. Anno .ii. ioas
regis israel regnavit amasias in ierusalem .xxix.
annis. Annus secundus ioas quo amasias
regnare cepit in[i]tiatur ex quo solus de
functo patre regnavit. Vixit autem amasias
rex iuda postquam mortuus est iosias
rex israel .xv. annis. et hic oritur questio.
Supradictum est quod amasias anno secundo ioas
regis israel regnare inchoans .xxix. annis regnavit.

Ioas autem .vi. annis regnavit .xv. itaque annis
simul regnaverunt. Mortuo itaque ioas solo
.xiiii. anni supersunt amasie. vel ad plus
.xv. forte erravit scriptor ponens .xxv. pro
.xv. vel forte amasias vivens desiit
regnare. et .x. vel .xi. annis usque diu
quam regnavit in israel ierobaam .xl. et uno an
no. Simul itaque regnaverunt amasias in iu
da. iorbam in israel ad plus .xv. annis.
est ergo quod sequens scriptura dicit quod .xxvii. an
no ierobaam regnavit ozias filius ama
sie in ierusalem. Forte .xv. annis uno sine
rege fuit. quia tunc ut diximus amasias
vivens regnum dimisit et ozias ad
huc parvulus regnare non poterat. Mortuo in
patre cum .xvi. esset annorum et ierobaam in
israel .xxvii. annum regni sui inchoasset
regnare cepit in israel [sic] ierusalem et .l. duobus an
nis regnavit. Porro anno .xxxviii. ozie
regis iude regnavit zacharias filius iero
boam in israel .vi. mensibus. et hic oritur questio.
Supradictum est quod anno .xxvii. iorbam re
gnavit in israel. qui .xl. et uno anno regnavit
ozias regnare cepit. et .l. ii. annis re
gnavit. .xiiii. itaque pariter regnaverunt ozias
et iorbam. Cum ierobaam post .xl. an
num unum defuncto. si statim zacharias
filius eius in regnum successit. non in .xxx
vii. sed in .xv. anno regem ozie reg
nare cepit. aut ergo regnum israel sine rege
.xxiii. annis. vel potius per illos .xx.
annos. Zacharias filius eius iorbam
regna. qui tamen illi quia pessime vixit in
tuum non sunt computati. Soli autem .vi. menses
quos correctus vixit in .xxxviii.
ozie. illi sunt computati. Item .xxxix.
.ix. anno ozie. sellum occiso zacharias reg
nat in israel .x. annis. anno .l. ozie phacee
filius manahen regnavit in israel duobus
annis. Anno .l. ii. ozie phacee filius
rome[lie] phaceiam interfecit et regnavit in israel
.xx. annis. Anno .ii. phacee regnavit
achaz [sic] in ierusalem et .xvi. annis regnavit

uno mense. Eodem anno manahen occidit
sellum et regnavit in israel

Si in scriptura .xv. planum est. si vero .xvi. annorum incipiendo est
a presenti anno prius ut dempti sunt a .xvi. remanent
.xii. qui cum .xvii. faciunt .xxix.

TOBIAS

.xv. g° annis ad min⁹ simul regnauerunt.
ioathan in iuda. et phacee in isr̄l. et ann⁹
qui fuit ultim⁹ ioathan fuit phacee .x
et .vij. et itaq; phacee reg. post ioathan t'b;
annis. In quibus conregnauit ei achaz fili⁹
ioathan. Quod g° legitur q; iosee interfecit
phacee et regnauit p eo .xx. anno ioathan.
filij ozie ex illo tempe regnuit ioathan
scriptura numat quo p patre leproso regnauit.
Ubi aūt legitur q; anno .so. phacee regnuit
et q; .xvi. annis regnauit. ab illo tempe
numat quo sol⁹ mortuo patre reg. Porro
.xij. anno achaz. osee regnauit in isr̄l.
ix. annis. Si g° phacee et achaz t'b; tm̄ an
nis conregnauerunt ut dc̄m ē. tunc anno
.iiij. achaz occisus ē phacee. et si ozee
occisor eius nō regnauit p eo usq; ad .xij.
annū achaz. tunc regnū isr̄l fuit .viij.
annis sine rege. Itaq; p̄dc̄e contrarietates et
alia siquas p̄termisim⁹ determinari p̄st.
ul' p sinodochē. ul' q' quidā cū patrib; reg
nauerunt. ali quando soli regnarent ul' q' quandoq;
regna sine rege fuerint.

Hystoria tobie.
De morte godolie.
De descensu reliquiarum unde tobitu iermie
De captiuitate re
liquiarum. Hyst̄ to
bie.

Hystoria tobye exordiū
habuit in captiuitate .x.
tribuū quam fecit salma
nassar quo in tempore tantū
nū habuit. nō satis eluce
videtur enim secundum l̄ram
hystorie tobiā uixisse post excidiū iłrl̄m
et incendiū templi. Ait enim in cantico suo.
Irl̄m ciuitas dei castigauit te dn̄s. Benedic
dnm̄ seculorum ut reedificet in te tabnaclm̄ suū
et reuocet ad te om̄s captiuos. In diebus aūt
mortis sue cū p̄diceret filijs de reditu cap
tiuorum ait. terra deserta replebitur et dom⁹ dei
que in ea incensa ē iterum reedificabitur. Si
nō attendam⁹ tantum uite tobie. filij to
bie. fuit enim tantum historie que fuit ei

tantum uite nō meminim⁹ descendisse hyst
toriam ad pl⁹ ult' tempora iosie. Ponamus
enī filiū cū patre captiuatū .vi. anno
ezechie et annū clm ee cum .x c. ix. ān⁹
tm̄ uixit. cc̄a .xx. annum mortis iosie
mortu⁹ ē. Hanc hystoriam transtulit
ieronimus de sermone chaldeorum in latinū ad pe
titionem cromatij et eliodori epōrum. Hanc
hystoriam iudei int' apocrypha ponunt.
Ieronimus tm̄ in prologo suo dicit int' agyog
pha. Que si esset tunc esset in tertio ordine
canonis ueteris instrumenti. Sed q' de illo
ordine ē. dm̄s q' ieronim⁹. diffusius ac
cepit agyographa ut includeret et apoc
pha. et quia uicina ē lingua chaldeorum
hebraico sermoni utrisq; lingue peritum
loquacē hui⁹ ieronimus. quicq; ille hebreus
uerbis expressit. latino sermone exposuit
sub breui et quia uni⁹ diei labore. De to
bia.

Porro tobias ex tribu
neptalim fuit. cūq; ceteri ad uitu
los aureos quos fecerat ieroboam irent.
ipse ascendebat in ier'lm ut adoraret
dnm isr̄l primicias et decimas fideliter
offerebat. ita ut in tertio anno proselitis
et aduenis omne ministraret decima
tionem. et in omnib; legem dei pu̇er obseruā
bat. Factus aūt uir. accepit sibi uxorem an
nam de tribu sua. et susceptū ex ea filiū
nomine suo uocauit tobiā. Captiuusq; cū ux
ore et filio. habitauit in niniue et custodi
uit animam suā ne contaminaretur in cib
gentiliū. Sed et contribules nō custodientes
se grauiter arguebat. Et dedit illi gratiam deus
in oculis salmanassar. qui dedit ei potesta
tem quocūq; uellet ad captiuos ire et
cetera eos facere quecūq; uoluisset. Cūq; de
ambularet per regione captiuis dabat mo
nita salutis deuenit in rages ciuitatē
medorum. Et inuenit in ea quendā contribulem
suū gabeliū egentē. et reliquit ei sub cyro
grapho .x. talenta argenti. que habebat ex
eis in quib; a rege fuerat honoratus. Mortuo

Quorum corpora Thobias sepelie-
bat. Quod cum nuntiatum esset regi
tulit omnem substantiam eius et eum
iussit occidi

autem Salmanasar cum filius eius Sennacherib
filios Israel haberet exosos. Thobias consola-
batur eos et egenis ministrabat. Cumque reversus
esset Sennacherib a Iudea fugiens manum
domini iratus multos hebreorum fecit occidi.
Thobias vero cum uxore et filio fugiens la-
tuit, quia multi diligebant eum. Post .xlv.
dies cum occisus rex a filiis suis, rediit
Thobias in domum suam et restituta sunt ei
ablata.

II Porro in quodam die festo cum pa-
ratum esset prandium apud Thobiam, dixit
filio suo: Vade et adduc aliquos de tribu
nostra timentes deum ut comedant nobiscum.
Qui reversus nuntiavit unum de hebreis
iugulatum iacere in platea. Et exiliens
Thobias ieiunus tulit occulte corpus in
domum suam et comedit panem in luctu et
tremore. Et cum sol occubuisset sepelivit
illud. Et arguebant eum proximi sui dicen-
tes: Huius rei causa interfici iussus es et vix
sepelis mortuos. Sed Tobias magis timens
deum quam regem, sepulture occisorum sollicitus
instabat. Contigit autem ut quadam die
fatigatus a sepultura rediens domum
iactaret se iuxta parietem et obdormi-
vit et ex nido hirundinum calida stercora
super oculos eius inciderunt et factus est cecus.
Hoc autem permisit deus fieri ad eius probationem
et ad exemplum patientie in posterum. Nam et in
omnibus vidit deum sicut beatus Iob. Nam
et proximos suos insultantes ei increpabat
dicens: Nolite ita loqui. Filii enim sanctorum sumus
et vitam illam expectamus quam deus daturus
est fidelibus suis. Anna vero uxor eius ibat
ad textrinum opus cottidie et de labore ma-
nuum suarum quod consequi poterat deferebat.
Factum est autem ut edum accipiens detulisset
domum, cuius balatum vir audiens ait: Videte
ne furtivus sit. Ad hec irata uxor respondit:
Manifeste vana est spes tua et elemosine
tue perierunt.

III Et ingemuit Thobias cum lac-
rimis dicens: Et nunc domine secundum voluntatem tuam
fac mecum et precipe in pace recipi spiritum
meum. Expedit enim mihi magis mori quam vi-
vere. Eadem die contigit ut Sara filia Ragu-
el in civitate Medorum audiret improperium ab
una ancillarum suarum, que increpabat dicens
sibi: Interfectrix virorum tuorum numquid occide-
re me vis sicut occidisti .vii. viros. Fuerat enim
tradita .vii. viris et demonium nomine Asmo-
deus occidebat eos mox ut ingressi fuissent
ad eam. Ascendit ergo Sara in superius cu-
biculum domus sue et tribus diebus ac noctibus
manducans neque bibens in oratione persis-
tens [illegible] domine deus patrum meorum ut de vinculo
improperii huius absolvas me aut certe de-
super terram eripias me. In illo tempore exaudite
sunt preces amborum in conspectu domini et missus est an-
gelus Raphael ut curaret ambos. Ergo cum To-
bias putaret se exauditum ut moreretur, vocavit
filium suum: Audi fili mi verba mea et quasi
fundamentum in corde tuo construe [illegible]
[illegible] sepelies me et honorem habebis ma-
tri [illegible] vixit. Mortua circa me sepeli
[illegible] filium et sua [illegible]
data eius. De substantia tua fac elemosinam,
quia elemosina ab omni peccato liberat et
magnam prestat fiduciam coram deo om-
nibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab
fornicatione et a superbia, a qua sumpsit i-
nitium omnis perditio. Consilium a sapiente
quere. A peccatoribus declina. Merces merce-
narii non remaneat apud te. Noli time-
re quia pauperem vitam gerimus. Sed multa
habebimus bona si timuerimus deum. Preterea
scito quod dedi Gabelo .x. talenta argenti in
Rages, cuius cirographum penes me ha-
beo. Perquire ergo tibi fidelem virum qui
eat salva mercede sua, ut restituat Ga-
belo cirographum suum et ipse restituat
depositum tibi. Tunc egressus Tobias inve-
nit iuvenem succinctum et quasi ad
patum, ignorans quod angelus dei esset. Cum
accepisset ab eo quod omnem regionem Medorum
novisset et Rages civitatem et Gabelum habi-
tantem in ea, introduxit eum ad patrem suum.

et salutavit eum invicem ducens. Gaudium sit
tibi semper. Qui respondit. Quale gaudium erit mihi qui lu-
men dei non video. Cui iuvenis. Forti animo esto
in proximo est ut a deo cureris. Et ait tobias.
Potes ducere filium meum ad gabelum. Qui respondit.
Ego ducam eum et reducam ad te. Cumque quere-
ret ab eo tobias tribum eius et domum et nomen
respondit. Ex filiis israel ego sum azarias ananie
filius magni. Quod totum secundum interpretationem no-
minum erat verum. Erat enim de angelis viden-
tibus deum. et erat azarias id est adiutor et filius
ananie id est gratie dei. Tunc paratis omnibus que
erant opus in via. ambulaverunt ambo simul.
et canis secutus est eos. Mater autem flebat di-
cens ad virum. baculum senectutis nostre tu-
listi. nunquam esset pecunia illa pro qua misisti
eum. sufficiebat nobis paupertas mea ut di-
vitias computaremus quod videbamus filium nostrum.
Et ait tobias. Noli flere. filius noster salvus
revertetur ad nos. credo quod angelus dei bonus
comitetur eum. Porro ultimo prima mansi-
one manserunt iuxta fluvium tygrim. et exivit
tobias ut lavaret pedes suos. et piscis im-
manis egrediebatur ut devoraret eum. et
timens tobias clamavit dicens. Domine invadit
me. et ait angelus apprehende brancia eius
et trahe eum ad te. et extraxit eum in sicco.
et palpitabat ante pedes eius. Super hunc lo-
cum dicit beda. quod dum christus in cruce lavaret
pedes suos qui ambulant super terram. ad-
venit diabolus querens siquid peccati inveniret
in eo. Unde pater transfer a me calicem hunc.
Tunc dixit angelus ad tobiam. Exentera piscem
hunc et cor eius et fel. et iecur repone tibi.
valent enim ad medicamenta. Tunc tobias partem
piscis assavit et comederunt. partem salsam
secum tulit. Cumque simul pergerent. ait tobias.
azaria frater quod remedium habent que de pisce
servare iussisti. Qui respondit. Particula cordis super
prunas posita. fumo suo extricat omne genus
demonum a viro vel a muliere. non super hoc mi-
rari debemus cum fumum cuiusdam adusti eandem
vim habere perhibeat. Cumque quesisset thobyas

ubi manerent nocte illa. Respondit angelus. Est hic
raguel propinquus tuus huius filiam unicam
que debetur tibi cum omni substantia eius. Et ait
tobias. Audio quod tradita est viris vii. et oc-
cisi sunt a demone. Respondit angelus. Noli timere.
Super petulantes et deum non timentes potestatem
demonum habet. Tu autem cum acceperis eam. tribus
diebus continebis ab ea. et de nocte invocabitis
ambo orationibus. prima nocte in incenso iecore
piscis presentibus viris fugabitur demonium. Secunda
nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admit-
tis. id est orabitis deum ut in principium sancti-
tatis et pudicitie patriarcharum admittat
vos. Tertia nocte benedictionem consequeris
ut filii ex vobis procreentur sani et incolumes.
Hanc benedictionem prestabat sacerdos vel aliquis
maior inter eos vicem sacerdotis gerens. Quar-
ta nocte accipies eam cum timore dei. a-
more filiorum magis quam libidine ductus
ut in semine habrahe benedictionem in filiis
consequaris. Tandem ingressi sunt ad raguel. VII
Cumque vidisset raguel uxori sue quam simillimus
esset iuvenis hunc tobie consobrino suo.
dixit ad eum angelus. hic est filius eius. Et leta-
tus est raguel et instauravit convivium.
Tunc ait tobias. non manducabo neque
bibam nisi prius petitionem meam confirmes.
et promittas mihi dare saram filiam tuam.
Quo audito. expavit raguel et hesitavit
de responso dixit ei angelus. Noli timere dare
eam coniugem huic enim debetur. et propterea alius
non potuit habere. Tunc ait raguel. Scio quia a deo
venistis et quod exaudivit deus preces et lacrimas
meas ut iungeretur hec filia mea cognationi
sue secundum legem moysi. et apprehendens filie
dexteram tradidit eam dextere tobie dicens.
Deus patrum nostrorum sit vobiscum et coniungat vos
et impleat benedictionem suam in vobis. Et fecerunt
conscriptionem coniugii. et comederunt benedicentes
dominum. Post cenam vero introduxerunt iuve- VIII
nem in cubiculum virginis et protulit tobias
de cassidili suo partem iecoris et posuit super
prunas. Tunc raphahel apprehendit demonium.

& religavit illud in deserto superioris egipti.
Tunc tobias ait ad virginem. Sara exsurge et deprecemur
deum hodie et cras et secundum cras. Hiis enim tribus
noctibus iungimur deo. quarta nocte in nostro
erimus coniugio. Filii enim sanctorum sumus nec possumus
ita coniungi sicut et gentes que ignorant
deum. Et adoraverunt simul ducentes. Miserere
nobis domine deus patrum nostrorum miserere nobis. et
consenescamus ambo pariter sani. Porro circa
pullorum cantum fecit raguel parari sepulchrum
ubi sepeliret eum prius quam illucesceret. & misit
unam de ancillis ad videndum si iam obisset.
Que reversa nunciavit eos incolumes esse et
secum pariter dormientes. Et laudaverunt omnes
deum. & repleverunt sepulcrum fovea quam fecerant post
quam lucesceret. & paraverunt sollempne convivium
omnibus vicinis et amicis suis. & adiuravit
raguel tobiam ut duas ebdomadas maneret apud
eum. et dedit ei mediam partem omnium que
possidebat faciens scripturam ut reliqua pars
que superesset post obitum suum deveniret ad
VIIII tobiam. Tunc ait tobias ad angelum quem
hominem existimabat. azaria frater noster quam
gravis sit mora nostra parentibus meis. Obsecro
ut eas ad gabelum et reddes ei cyrographum
suum et recipias ab eo pecuniam tuam
et moneb[is] eum venire ad nuptias. Tunc
assumens raphael IIII de servis ra
guel et duos camelos venit ad gabelum.
et recepta pecunia dixit eum ad nupti
as secum. Et ingressus gabelus invenit eos
discumbentes et benedixit eis. Cumque omnes
dixissent amen. cum timore nuptiarum convi
X vium excebant. Porro cum tobias moram
faceret in nuptiis sollicitus erat pater eius
eius quod ad diem determinatam non redierat.
Mater vero lacrimis irremediabilibus flebat
dicens. Heu me fili mi. ut quid te misimus
peregrinari lumen oculorum nostrorum baculum senec
tutis nostre. Vir autem eius consolabatur eam.
Porro raguel dicebat ad generum suum. Ma
ne hic et ego mittam nuncium salutis tue
ad patrem tuum. Cumque ille non acquiesceret. et
diceret ei saram et dimidium substantie sue in puer
is in puellis in pecudibus in camelis in vaccis. in
pecunia multa. Parentes vero monuerunt
filiam suam honorare socerum et diligere maritum
regere familiam. gubernare domum et se ipsam irre
prehensibilem exhibere. Cumque reverterentur pre
venerunt ad carram que est in medio itinere. Et
ait angelus ad tobiam. Precedamus nos duo et
sequitur nos lento gradu uxor tua et famu
lia cum animalibus. & tolle tecum de felle pis
cis & linies ex eo oculos patris tui & recipiet
visum. Porro anna sedebat secus viam cotti
die in supercilio montis unde respicere poterat
de longinquo. et cognoscens a longe filium
venientem. cucurrit ad virum suum dicens. Ecce
filius tuus venit. Canis quoque qui simul fuerat
in via precucurrit et quasi nuntius blandimento cau
XI de gaudebat. Tunc exsurgens cecus data
manu puero. processit obviam filio suo & os
culantes filium fleverunt pre gaudio. Cumque ado
rassent deum consederunt. Tunc tobias de felle
piscis linivit oculos patris. & sustinuit quasi di
midiam horam. & cepit egredi albugo ex oculis
eius quasi membranum ovi. Quam apprehendens to
erat daniel un de trib3 satrapis qui p
erant. c. xx. s3 in daniele sps dni am
plior erat. et cogitabat rex qstituere
eu sup ome regnu. Vn pncipes inui
debant ei et qrebant occone accusandi

eum ex latere regis. i. pro eo quod erat ex latere
regis. Fabulantur hebrei quia querebant oc-
casionem in sermone. tactu. nutu. vel inter-
nuncio ad reginam vel ad aliquam concubinarum
regis. nullamque causam reperire potuerunt. eo
quod fidelis esset et super thesauros erat ut dicit
Iosephus. quia adeo iustus erat ut munera obla-
ta respueret. Et dixerunt principes. Non in-
veniemus occasionem adversus eum nisi in lege
dei sui. Et surripuerunt regi duces. Illi uni-
versi inierunt cuncti principes regni tui et satra-
pe et iudices. quod qui petierit aliquam a quo-
cumque deo vel homine usque ad dies .xxx.
nisi a te rex. mittatur in lacum leonum.
Nunc itaque confirma sententiam et scribe de-
cretum. Et acquievit rex. Porro daniel
ingressus est domum suam. et fenestris apertis in
cenaculo suo contra ierusalem tribus diebus temporibus
in die flectens genua orabat. Tribus
horis orabant iudei in die. hora. scilicet tercia
vi et ix. Sic legitur de apostolo quod tribus vicibus
orabat in die. et de petro et iohanne. quod ascen-
debant ad horam orationis nonam. In tercia
adorabant. quia tunc datus est decalogus
in syna. In eadem orat ecclesia. quia tunc datus
spiritus sanctus super apostolos. In vi. orabant. quia
tunc est serpens eneus in deserto erectus.
In eadem orat ecclesia. quia tunc est christus sus-
pensus in ligno. In nona orabant. quia
tunc dedit petra aquam in cades. In eadem
ecclesia orat. quia tunc de christo lanceato flux-
it sanguis et aqua. Cumque invenissent
viri illi danielem orantem. accusaverunt eum
ad regem de transgressione decreti. Et contristatus
rex posuit cor ut liberaret eum laborans
usque ad occasum solis. Quod intelligentes viri
dixerunt. Scito quod lex est huius regni ut decre-
tum regis non liceat immutari. Tunc
miserunt danielem in lacum leonum. et ob-
signavit rex anulo suo et anulo optima-
tum lapidem qui per ianuas positus erat.
et incenatus totam noctem duxit in-
sompnem. et diluculo rediit rex ad lacum

et flens exclamavit. Daniel serve dei. va-
luit ne deus tuus liberare te a leonibus. Qui respondit.
Deus meus misit angelum suum et conclusit ora
leonum. quia non est inventa in me iniquitas. for-
te quidam angelum vocant hic Abacuc. i. visio.
Et eductus est daniel de lacu in nullo lesus. Et
dixerunt qui accusabant eum. Non dei prudentia
hoc factum est. sed quia saciati erant leones. Tunc
rex iussit leonibus mixtas carnes apponi.
eisque saciatis accusatores danielis misit in la-
cum cum uxoribus et filiis. et non pervenerunt us-
que ad pavimentum donec arriperent eos leones
et omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc scripsit da-
rius in universo regno suo dicens. Pave-
ant omnes deum danielis. Ipse est deus vivens et
eternus in secula. Et exaltavit daniel per dies
plurimos. Cumque surrexisset. faciebat opera
regis. forte mausoleum in ecbatanis quod
hactenus manet ut dicit iosephus. ita mirabi-
le ut ea die qua conspicitur putetur esse constru-
ctum. Ibi sepeliebantur medorum reges et persarum
pariter et parthorum. et cui cura illius committitur
sacerdos est iudeorum. Visio .viij. IX

Sequitur .viij. visio danielis. In
anno primo darii filii assueri qui
et astiages dictus est. qui imperavit super regnum
chaldeorum. ego daniel intellexi in libris vers-
ut compleretur. i. ad completionem appropinquaret
desolatio ierusalem anni .lxx. Et oravi domi-
num ieiuniis et sacco et cinere dicens. Iustus es
domine. peccavimus iniquitatem fecimus et ad-
duxisti eam super nos. Avertatur obsecro ira
tua a civitate tua ierusalem et monte sancto
tuo ostende faciem tuam super sanctuarium tuum
quod desertum est. Exaudi domine. placare domine at-
tende et fac. ne moreris. Adhuc me loquen-
te. ecce vir gabriel tetigit me in tempore
sacrificii vespertini. et ait. Ab exordio pre-
cum tuarum egressa est libationis sententia.
adeo. ego autem veni ut indicarem tibi eam
et quedam alia. quia vir desideriorum es tu.
tu ergo animadverte visionem. et sermonem
intellige. Tunc aperuit ei libationem spiritualem

furam p. x. forsan innuente p qua ora
bat differt qr post dicet de ea exauditum i.
sloli timetuere. addidit et de destructione
facienda p romanos. Septuaginta ebdo
made abbreviate complende sunt sup populum tuum
et sup urbem tuam sanctam ut consumetur p
varicatio et finem accipiat peccatum et deleatur
iniquitas. et adducatur iusticia sempiter
na et impleatur visio et prophes et ungatur
scs scorum. S. Scito ergo et animadverte ab ex
itu sermonis ut iterum edificetur ierusalem usque ad
xpm ducem. ebdomade. vii. et lx. due erunt.
huius ubi x incarnationem designat angelus
qui legem et prophas implevit. peccata tulit.
et iusticiam adduxit; et unctus est oleo leticie pre
consortibus suis. et posuit ebdomadas non
dierum sed annorum. vii. vii. anni sunt ebdo
mada una. abbreviatas vero dicit. ut intelli
gam annos lunares qui breviores sunt sola
ribus undecim diebus. lxx. ergo ebdomade
annorum solarium faciunt annos. cccc. lxx
v. lunarium vero annorum faciunt annos
. ccccc. xc. est ergo sensus q ab exitu sermonis
ut reedificetur ierusalem usque adducem xpm. fluxe
runt anni lunares. ccccc. xc. Cepit ergo beda
numerare a. xx. anno regni artaxersis in
quo neemia pincerna eius impetravit ab eo
ut restruerentur muri ierusalem. et restituit
eos in multa angustia. ab illa in quam licen
tia a rege accepta. usque ad x passionem fluxe
runt anni lunares. ccccc. xc. et hanc sum
mam annorum computat per annos regum qui
descenderunt usque ad octavum decimum annum tyberii
cesaris. et statim modicum interserunt da
niel de reedificatione facta p neemiam dicens.
et rursus edificabitur platea et muri in angus
tia temporum ultima. Con. lxx. vero ebdoma
dibus separavit daniel dicens. Confirmabit autem
pactum multis ebdomada una. q intelligendum
est de tribus annis et dimidio quibus predicavit
x. et q pluribus annunciat confirmavit. Nam iam
tres anni et dimidius huius ebdomadis novis
sime preterierant quando baptizatus est dominus et in di

medio huius ebdomadis residuo circa finem defi
ciet hostia et sacrificium. i. veniente veritate
cessabunt umbre et in templo erit abhomina
tio dissolutionis. i. abhominanda et desola
ta erunt sacrificia post mortem x. et usque ad fi
nem mundi durabit hec desolatio. Sup vero
in hebrea posuit daniel. tempus mortis x dicens.
et post ebdomadas. lx. duas scilicet audi et. vii.
et novissimam quam in duas partes divisimus
occidetur x. et non erit ei populus qui eum negaturus est.
Dixerunt enim. Non habemus regem nisi cesarem.
et alibi. hunc nescimus unde sit. Quod vero
sequitur. Civitatem et sanctuarium dissipabit populus.
ad. lxx. ebdomadas non pertinet/ sed propheta
tempore adventus x et mortis prophavit q venturus
erat populus qui noluit eum recipere dicens.
et dissipabit civitatem et sanctuarium populus roma
nus cum duce suo venturo. et finis eius vastitas.
et post finem belli statuta ado in eternum desolatio.
Et nota q in duobus que hic leguntur. s. ungetur
scs scorum et deficiet hostia sumitur illud q
solet dici iudeis. Cum venerit scs scorum ces
sabit unctio vestra. Affricanus huic enunciati
oni bede consonat in principio. sed in fine differt.
Non extendit enim. lxx. ebdomadas nisi usque
ad xv. annum tyberii in quo baptizatus est
x. Tertulianus vero inchoat enumerare eb
domadas illas a primo anno darii in quo
egressus est sermo a domino ad danielem p angelum.
ut iterum reedificentur muri ierusalem. et extendit
eos usque ad captivitatem factam p romanos
et tunc pertinet ad. lxx. ebdomadas. q deinde
est civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum du
ce venturo. hebrei sic exponunt. lxx. ebdoma
das abbreviate sunt sup populum tuum. Quasi o da
niel scito ab hac die qua nunc tibi loquitur.
Erat autem annus primus darii qui occidit bal
thasar et regnum chaldeorum in persas medosque
transtulit usque ad. lxx. annum ebdomadarum. i.
annos. ccccc. xc. hec populo tuo p partes accidit.
primo propiciatur tibi deus sic precaris et de
lebitur peccatum. et finem accipiet prevaricatio. Sic
enim urbe et templo destructis in luctu est

ebdomadas x. due

In hebreo non est. quorum populus qui eum negaturus est quorum intra sane p intelligi occidendum xpc. s;

populus. sed in breui restaurabitur. et non solum in his
lxx. ebdomadibus hec fient. sed nascetur christus et
iusticia sempiterna et signabitur uisio
et prophetes ut propheta non inueniatur in israel et
ungatur sanctus sanctorum. de quo propheta uix
te deus deus tuus o. l. p. c. t. Qui dixit. Sancti esto
te quia sanctus sum. Sciendum ergo quod ab hac die qua
iussio est loquendi et dei sermone promitto quod reuer
tatur populus et iherusalem instauretur usque ad christum
et desolationem templi ebdomedes numerantur.
lx. due et alie vii. inquibus uisionis ordinatione sunt
due res fient de quibus anno darii quod reuerta
tur populus et reedificetur platea a neemia
et hesdra. In fine ergo ebdomadarum comple
bitur dei sententia in angustia temporum quando
rursum destruetur templum et capietur
ciuitas. Nam post. lx. duas ebdomadas occi
detur christus et non erit ei populus qui negaturus
est eum. Siue ut alii dicunt non erit eius
imperium quod putabat se recepturum. et quod
dico de christo occidendo et negato per eum
populo desolando cum et ciuitate et sanctuario dissi
patus sit populus romanus cum duce uenturo.
.i. vespasiano. Quo mortuo. transactis
vii. ebdomadibus. i. annis. xl. ix. helyus
adrianus. a quo postea de ruinis iherusalem urbs
helya condita est rebellantes iudeos
rufo magistro exercitus pugnante separauit. et
tunc defecit hostia et sacrificium. et usque ad consum
mationem mundi continuabitur desolatio. Non uos
moueat inquiunt hebrei si prius numerent
vii. ebdomades et postea. lx. due. et rursus
una in duas partes diuiditur. est enim hoc ydio
ma hebrei sermonis et antique latinitatis ut
ante numerum minorem supputent. post maiorem.
Ubi gratia. Nos iuxta proprietatem lingue nostre di
cimus. Uixit habraham centum. lxxv. annos
hebreus econtrario. Uixit. v. l. xxc. Non igitur ut
legitur ita adimpletur. sed ut totum prius
supputatur ita finem accepit. Net ignorandum
quosdam illorum dicere quod una ebdomada. de qua
dictum est confirmabit pactum multis ebdomadas
una diuidatur in uespasianum et adrianum.

ut iuxta hystoriam iosephi uespasianus et
titus tribus annis et vi. mensibus pacem cum iu
deis fecerunt. Tres autem anni et vi. menses
sub adriano supputentur. quando iherusalem omnino sub
uersa est. et iudei cateruatim cesi ita ut iudee
quoque finibus pellerentur. hoc autem hebrei non
magis opere censentes a primo anno darii re
gis persarum usque ad extremam euersionem
iherusalem que sub adriano accidit computent
olimpiades. c. lxx. iiii. hoc est annos. dc. xc.
Qui faciunt ebdomades hebraicas. xc. ix. et
annos tres. quando cocebas dux hebreorum est oppressus
et iherusalem usque ad solum diruta est.

Sequitur. x. uisio — *Visio IX*
daniel quam consequitur quidam diuersitas
una. secundum lxx. et hebraicam ueritatem. tertio anno
cyri. et utrique scriptura erat in daniele. unde
quidam iudei hebraice. sed alterum audiuit an
no tertio regni cyri regis persarum. et in tertio
die eidem anni in hunc modum. Primo anno
darii daniel intelligens in numero. lxx. an
norum captiuitatis liberande. orauit dominum ut da
rius et cyrus liberaret populum suum. et data
est sententia ad eum de licentia redeundi danda. et
hanc egressionem a domino sibi nunciauit gabriel
danieli. et tertio darius disponebat de li
bertate et licentia danda hebreis. sed preuentus
morte non impleuit. Cyrus autem primo an
no regni sui dedit eis eandem libertatem quam
habebant indigene et licentiam redeundi.
non quod omnes fere nati erant in chaldea. et pos
sessiones ibi habebant eligebant remanere in
terra natiuitatis sue. Pauci uero qui ascendere
disponebant in iudea pigri erant et morati
et usque ad tertium annum cyri. Quod attendens da
niel uehementius affligebatur dolore et genitu
et orabat dominum ut qui prius dederat regi
animum liberandi. daret et populo animum redeundi.
Factum est ergo tertio anno regni cyri. primo mense
prima die mensis. lugebat daniel trium ebdo
madarum diebus. Panem desiderabilem non comedit.
carnes et uinum non gustauit. nec usus est
unguento pro balneis more persarum. Die autem

xx. iiii. dum essem iuxta fluuium qui est tygris. ui
dit. et ecce uir uestitus lineis accinctus zona
aurea. cuius facies quasi fulgor. oculi ut lampa
des. totaque corporis quasi crisolitus quod deorsum erat
brachia. scilicet tybie et pedes quasi es candens. et sermo
eius quasi uox multitudinis loquentis. Porro uiri
qui erant cum ipso fugiunt et solus uidet uisi
onem et corruit in faciem suam. Sed uir ille
accessit tangens eum et confortans ait. Noli
metuere daniel. quia ex die primo misisti quo
posuisti cor tuum ut te affliges coram deo.
exaudita sunt uerba tua. et egressa est sententia a deo
de reditu populi. et eadem die uolui uenire ad
te ut nuntiarem. Sed princeps regni persarum
restitit mihi. xx. diebus et uno. Cumque tunc
egrederer apparuit princeps grecorum ueniens
ut aduersaretur principi persarum et mihi. et aliquan
tula moram feci. Et nunc uenio ut certificem
te de reditu populi. et in his nemo mihi adiutor est
nisi michahel princeps uester. Hos duos princi
pes grecorum et persarum dicit uir esse angelos ma
los qui appositi sunt regnis illis ad exitium. La
borabat itaque angelus persarum ne hebrei libe
rarentur a domino persarum. tum quia delectabatur
afflictionibus eorum. tum ut diutius ipse af
fligentes eos grauius peccaret. laborabat
et angelus grecorum ut ipse et captiuitas hebre
orum cum eis transiret in dominium grecorum.
Gregorius autem uult eos fuisse angelos bonos
qui satagebant ne tam cito liberarentur
hebrei. ut si quid in eis adhuc erat purgandum
purgaretur et decoquerentur ad unguem. Preterea
addidit uir ille. nunc reuertar ut prelier
aduersus regem persarum. Verumtamen prius annuntia
bo tibi quod expressum est in scriptura ueritatis de
quibusdam aliis quorum geris sollicitudinem.
Porro a primo anno darii orabat daniel
pro eo ut staret et roboraretur regnum eius
et sollicitus erat de successoribus regni persarum.
uolens eos scire de quorum manifestatione sequitur
v. uisio. In qua primum inducitur daniel loquens
sic. *Visio decima.* XI

Ego daniel a primo anno darii me

di stabam in conspectu dei ut confortaretur
et roboraretur ipse darius. et statim fit
metaplasmus qui frequens est in prophetis et
introducitur uir ille predictus loquens ad da
nielem sic. et nunc ueritatem annuntiabo tibi.
quia ecce adhuc post darium et cyrum qui nunc sunt
tres reges stabunt in perside. cambises
scilicet emerides magus. darius filius ystap
sis. et quartus. scilicet xerses filius darii super
omnes erit. et concitabit omnes aduersus
regnum grecie. De isto legitur quod succendit
athenas et bellum nauale egit apud sa
laminam. quando sophocles. et euripedes
clari habebantur. et phemistodes in persas
fugiens. hausto sanguine tauri periit. Et est
uir qui loquebatur danieli pretermisit
omnes reges usque ad alexandrum magnum
et ait. Surget uero rex fortis et faciet
quod placuerit ei. et cum steterit conteretur
regnum eius et diuidetur in. iiii. uentos
celi. In egypto enim quantum ad meridiem primus
regnauit ptolomeus lagi filius in machedo
nia philippus. qui et arideus frater alexandri
quantum ad occidentem sirie et babilonie. et supe
rioribus locis que sunt ad orientem. seleucus
nichanor imperauit asie et ponto et ce
tis in eadem plaga positis antigo
nus ad septentrionem et hec secundum orbis toti
dem plagas. Qui autem in iudea est aquilonem
lonem syriam ad meridiem egyptum habet.
de regno egypti. et syrie. tantum prosequitur
danielem. quia sub his afflictus est populus dei
uehementissime. Porro post alexandrum regnauit
in egypto ptolomeus lagi filius. a quo
sequentes reges egypti ptolomei dicti sunt.
post ptholomeus. philadelphus. post ptholomeus. eu
gentes. post ptholomeus. philopator. post ptholomeus.
epiphanes. In syria post alexandrum regn
auit seleucus. post anthiochus soter a quo
successores eius anthiochi dicti sunt. post
antiochus theos. post antiochus. gallinicus. post antiochus.
magnus. post antiochus. epiphanes. De his
prosequitur uir loquens ad danielem. incipiens

egipti a rege dicti. sic et confortabitur rex austri. hic
est ptholomeus lagi filius adeo fortis ut pirrum
regem epirotharum expulsum restitueret
in regnum. et devicto demetrio filio antigoni
seleuco regni sui partem quam antigonus abstu-
lat restituit. cyprum. phenicen et regiones
maritimas et insulas sibi subiugavit. cui suc-
cessit ptholomeus philadelphus. qui primus ab
ethyopia adduxit. ccc. elephantes turres
ligneas eis supponens. in quibus posuit arma-
tos ad dimicandum. Sub quo. lxx. interpretes
claruerunt. hic pugnavit contra antiochum
theos regem syrie. sed pace federati sunt. Nam
antiochus duxit uxorem beronicem filiam
philadelphi repudiata priori uxore lao-
dice. que cum redisset in gratiam viri. occi-
dit veneno virum et filium quem susceperat
vir de beronice. Gallicum vero filium suum fecit
eugetes regem syrie. Euges vero qui successit phi-
ladelpho in ultionem beronice sororis
vastavit syriam. sed audito quod princeps
egypti conspiraverant adversus eum rediit in
egyptum trahens secum de syria predam
multam nimis et symulacrum. ii. deorum. Por-
ro gallicus duos filios reliquit. seleucum
antioch et antiochum magnum. Sed cum is occiso
fratre suo regnavit. et congressus cum rege egyp-
ti philopatore victus est. et per desertum fu-
giens pene captus. philapatori vero
successit in egypto epiphanes cum esset
. iiii. annorum. et tunc antiochus magnus in-
festare eum. sed principes egypti dimica-
bant pro puero. Sub epiphano onias sacerdos
assumptis plurimis iudeorum fugit in egip-
tum. et accepit a rege regionem que
eliopoleos vocabatur. et in ea extruxit
templum simile templo iudeorum. et as-
serens se implere vaticinium ysaie dicentis.
erit altare domini in egypto et titulus
eius in terminis eius. Hoc templum permansit. cc. l. usque ad vespasianum. qui civitatem
anni c ipsam que dicebatur onie. et templum
funditus evertit. Porro antiochus magnus

reliquit duos filios. seleucum et antiochum
epiphanem. sed epiphanes per fraudem electo
fratre vel occiso regnavit in syria. hucusque
de ordine hystorie inter porphirium et nos
nulla est contentio. Que sequuntur exponit
porphirius de antiocho tamen exposuit cum
daniele ut infamaret eum. nos autem mul-
tum exponimus de antiocho et antixpisto. quo-
tum specialiter de antiocho et quedam de an-
tixpisto. illud de antixpisto. et comedentes panem cum
eo et cetera. usque illuc. et venient super eum trieres
et romani. antiochus. n. epiphanes dedit so-
rorem suam uxorem epiphane regi egyp-
ti in dolum. qui suscepit ex ea duos filios.
tunc antiochus ingressus est egyptum tamquam
visitans sororem et nepotes. sed mortuo epiphane
fecit occidi virum sororis et voluit opti-
nere egyptum. sed egyptii viriliter resistentes
eiecerunt eum. Sed post biennium reversus obse-
dit alexandriam. et ecce legati romanorum
missi sunt ad egyptios liberandos quibus federa-
ti erant. Cumque applicuisset egressus est ob-
viam antiochus. et dum starent in litore
dixit ei marcus publius lenas. Senatus populus-
que romanus precipiunt tibi recedere ab amicis
suis. Cumque ille peteret inducias et deliberaret
marcus circa illum fecit circulum in sabulo
cum virga et ait. Senatus populusque romanus preci-
piunt tibi ne egrediaris de hoc circulo donec re-
deas. ad quod antiochus. Si sic visum est senatui
et populo romano. recedendum est. et recessit ab egyp-
to. Similiter sunt que sequuntur de antiocho tamen
illud est. et erit ob simulacrum in concupiscen-
tiis feminarum. Nam antiochus castus erat
ob simulationem religionis. Quod vero sequitur
deum maozim in loco suo venerabitur intelligitur de
tit. Maozim enim presidium sonat. et anti-
ochus in ierusalem presidium posuit et ydolum iovis.
antixpistus vero diabolum deum et presidem suum venera-
bitur. Porro antixpistum cogruit id quod sequitur. et fi-
get tabernaculum suum apherno inter maria
a. apherno inter solium suum. et est sensus:
figet solium suum tabernaculum in ierusalem que sita

ē int mare mortuū & tyrrenū & sup mon
te inclitum & scm̄ .i. monte olyueti ponz
tabnaclm suū & ueit usqz ad summitate eius
.i. ad locū unde dn̄s ascendit & nemo auxili
abitur ei. qr audiet uox in aere dicēs. mo
re & statim fulminabitur. Post ea ꝑseqr̄ uisio de
tp̄e antixi & quisione uideor & resurr̄ne
mortuoꝝ dicēs. & uenit temp̄ quale nō
fuit ex quo gētes esse ceperunt. & stabit mi
chael ꝓ filiis ppli tui. & saluabitur ex eis
omnis qui scriptus erit in libro dei & mistico.
omnes qui dormiunt in puluere terre euigila
bunt. alii in uitā eternam. alii in obprobriū
ut uideant sp. nō quide bonos. qr tolletur
impius ne uideat gloriam dei. sz ut uideat
obprobriū suū sp. Tu autem daniel signa librū
.i. scribe mystica & nō expone. & ptransibunt
plurimi et multiplex erit scientia. q.d. relinq̄
posteris uim exercitii. Et desiderabat daniel
scire quanto tp̄e duraret ꝑsecutio antixi.
et uidit principem ꝑsarum stantē in ripa
fluminis et principem grecoꝝ stantē in altera
et uirū indutum lineis stantē in medio
sup aquas. & dixit ad eum. Usqz finis hor
mirabilium. et eleuans ille utramqz ma
nū iurauit p uiuente in eternum. qr in tē
pus & tp̄a & dimidium tp̄is. Et ait daniel.
Dne mi. quid erit post h. Et gaudens ille
iterauit tp̄c. s; p alia uba dicēs. Cū abla
tū fuit iuge sacrificiū et posita fuerit
abhominatio in desolationē. h̄ ē cū ablato
cultu dei & desolato antixs abhominabilis
exhibebit se ad orandū. tūc erūt dies mille
.cc.xc. i. tres anni et semis. Post ea intulit
Quid erit post h. dicens. Bt̄s qui expectabit &
puenit ad dies .i.ccc.xxxv. Si diebz mi
lle ducentis. xc. addant̄ dies .xlv. fient .i.
ccc.xxxv. Itaqz post morte antixi. dabunt̄
lapsis .xlv. dies ad penitentiam et ē sēs. Bt̄s
erit qui post dies ꝑsecutionis puenit ad dies
supadditos penitentie. Tu autem daniel uadē
uades ad ꝑfinitū tpc uite tue & requi
esces. & in fine dierum stabis in sorte tua. I.

resurges in ordine tuo. Incipit hysto
ria susanne.

Sequitur hystoria susanne quam hebrei
nō hn̄t in libro danielis & uoca
uit eam fabulam nō q̄ cifficiet rem ges
tam. s; in ea sl̄m leg̃r de sacerdotibz lapida
tis quos ieremias adustos testat̄r. et qr
nos fabularii eam scriptam eē a daniele
cū a quodam greco scripta fuit. quod pbant
ex eo q̄ quedam illusio uboꝝ facta sit in
noibz arboꝝ. uidelicz apo they cymu. cysle.
apo tay. pryni prise. Tales enim illusiones
uboꝝ ad arboꝝ noīa nō inuenerūt in he
breo. In titulatione quidē una una ex eius
illusionibz qualicūqz legit̄r. ut cū dixisset
sacerdos sub cyno. Respondit daniel ubum qui
illudens nominat. scindet te medium. Expl
sius fiat si diceret ita. sb ylice. & adderetur
angelus dn̄i secet te. ꝑ me. Eadem allusio p
ubi sit ad nomen tp̄is. ut si diceret. Feria est
h̄ secunda feria. & rx. fiat te dēs. Hanc eandē
hystoriam uocat origenes fabulam in x.
stigmatum. i. instructionum. forte sc̄dam
editionē quam sub obelo et asterisco exposuit
stromata uocant. qr ꝑ eam plenius q̄ per
primā quam sine figuris illis ꝯfuse trans
tulit nos instruxit. Apparz aut h̄ factum
eē adhuc recenti captiuitate. qr daniel
adhuc iuuenis erat. Porro susanna uxor
ioachim pulchra erat nimis & exarserunt
in eam duo seniores iudices illius anni
de quibz dicit dn̄s. Iniquitas ingressa ē in ba
bylone a senioribz iudicibz. Tradunt hebrei
qr mulieres in h̄ decipiebant. dicebant se eē
de stirpe dd̄. et aliū de semine suo nasciturum
hii statuerunt in coe temp̄ quo susannā p
serent inuenire solā. & latitauerūt post meridiem
in pomerio helchie patris. & ingressa ē susanna
uolens lauari. i. iungi ꝓ consuetudine terre
& misit puellas ad offerendū oleū & smig
mata. i. unguenta. Est autem smigma ex pie
ordeū cū palea. inde faciunt mulieres de
coctionē forte ad nitorē faciei. Tūc cur

XIII

ul' allusio

allusio

XIII

rentes ad eam senes dixerunt. Consenti no
bis alioquin feremus testimonium contra te
adulterii. Et elegit susanna incidere in
manus eorum potius quam peccare in domino
exclamavit. et accurrentes famuli eru
buerunt cum audissent senes loqui. Altera
die statuta est susanna in medio populi. et
ponentes senes manus suas super caput eius
contestati se vidisse sub arbore iuvenem et ipsam
pariter commisceri. et condempnaverunt eam ad
mortem. Et clamavit susanna voce
magna ad dominum. Domine tu scis quia inno
cens morior. Cumque traheretur. suscita
vit deus spiritum pueri cui nomen daniel. Non
est credendum hiis qui dicunt danielem
mortuum fuisse. et tunc suscitatum et de
inceps fuisse prophetam. sed tunc manifesta
vit deus spiritum sanctum fuisse in eo. qui prius quasi
latens quiescebat. et ait daniel ad populum.
Revertimini ad iudicium quia falsum locuti sunt
adversus eam. Cum revertissent. separavit
daniel senes ab invicem et advocans
unum dixit. Sub qua arbore vidisti eos colloquentes. Qui ait
Sub cino. quam latini dicunt ylicem. vel lentis
cum. et advocatus alter dixit. Sub prino. et
acclamavit populus in eos propter dissonantiam.
et interfecerunt eos. id est regi tradiderunt interfi
ciendos. et factus est daniel magnus in populo
a die illa et deinceps. Et rex astiages
appositus est ad patres suos. et suscepit
·i· persarum. cyrus regnum eius. forte hic determinatur
tempus quo liberata est susanna quia scilicet cyrus
factus est rex persarum et darius rex medorum. vel
potius determinatur tempus sequentis hystorie
que inchoat hic. et adhuc stabat regnum
babilonis. et erat in babilone rex de
quo statim sequitur. Erat autem daniel con
viva regis et honoratus super omnes
amicos eius. cuius nomen quia tacet hystoria
: vel ipse balthasar· putatur intelligi fuisse prior balthasar: sub quo
factum est a daniele quod legitur in fabula bel
et draconis. quam fabulam appellavit he
breus eo quod falsum legitur in ea et impositum de
transitione abacuc. et refert ionatus quod cum
cyrillus ei hebreus suus talem translationem
corporalem numquam factam esse. Sed quidam scolasticus
qui erat cum eis ezechielem translatum de chal
dea in iudeam et irrisit eum hebreus dicens. In
littera expressum est quod ezechiel translatus est
in spiritu. unde apostolus vir cautus locutus est dicens
Sive in corpore sive extra corpus nescio deus scit.
et addidit hebreus. nichil in hac fabula est
narrari. sed opus tamen ex industria factum.

Erat enim ydolo belis.
Erat in babilone ydolum nomine bel. et
impendebantur ei diebus singulis de simila xii
artabee. et oves xl. et vini amphore vi.
Est autem artabee apud chaldeos eadem men
sura que et ephi apud hebreos mensura trium
modiorum. et rex babilonis adorabat illud per
singulos dies et dicebat danieli. Quare non
adoras beel. Qui respondit. Non colo facturam sed
creatorem. qui est deus vivens. et ait rex.
Nonne videtur tibi bel deus vivens qui tan
ta comedit et bibit cotidie. Qui respondit. Iste
luteus est et foris eneus et numquam comedit.
Et vocavit rex sacerdotes et ait. Nisi dixeritis
michi quis comedat inpensas has moriemini. Si
autem ostenderitis quoniam bel comedat hec. morietur
daniel. Erant autem sacerdotes xl. exceptis ux
oribus et parvulis. et venit rex cum daniele in
templum. et dixerunt sacerdotes. Nos egredimur
foras et tu rex pone vinum et escas et claude
hostium et signa anulo tuo. et nisi inveneris
mane omnia comesta a bel. moriemur. Tunc
sumit rex cibos ante bel. et daniel cinerem cri
bravit per totum pavimentum coram rege. Clau
sum est hostium et signatum anulo regis. Sacer
dotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem
suam cum uxoribus et liberis et consumpserunt omnia.
fecerant enim sub mensa tumulos sub terra et absconditum
introitum sub mensa. Diluculo venit rex ad tem
plum et daniel cum eo. et invenerunt signa salva.
Cumque aperuisset hostium intuitus rex mensam
vacuam exclamavit. Magnus es bel. et da
niel tenuit regem ne ingrederetur et ait.

cadentium uestigia sup pauimentu. et iratus rex
apphendit sacerdotes et ostenderunt ei hostiola
p que ingrediebantur. et occidit eos rex et dedit
bel i manu danielis. qui subuertit eu et templu
Erat autem in eodem loco draco magnus latens in
fouea et adorabant eu babilonij. Sacerdotes
eius habebant p dolia .i. uasa facta de corijs in
tulorum et pcutiebant ea uirgis coraulinis
ut facerent sonitu terribilem. Q. tonitruu
ad que excitatur draco quia emittebat fumu
quasi igne. quasi uisibiliter apparebat. et dixit
rex danieli. Non potes dicere quia iste no sit
deus uiuens. Et ait daniel. Da mihi potestatem
et interficiam eum absque ferro et fuste. et dedit ei.
Tulit ergo da picem et adipem et pilos et concoxit
pariter. fecitque massas et dedit in os draconis
et suffocatus crepuit. et indignati babilo
nij dixerunt. Iudeus factus est rex. et dixerunt ad
regem. Trade nobis danielem alioquin interficie
mus te et domu tua totam. et compulsus tradidit
eis. Qui miserunt eu in lacu leonum. et erat
ibi .vi. diebus. In lacu erant leones .vij. et
dabantur eis duo corpora cotidie dampnatorum
et due oues. et tunc non sunt data eis. ut deuorarent
eum danielem. Erat autem abachuc ppha in iudea
qui ferebat pulmentu messoribus. et ait angelus
ad eu. fer prandiu danieli in babilonem qui
est in lacu leonum. Qui dixit. Babilonem non uidi
et lacu nescio. et tulit eu angelus capillo ca
pitis sui et posuit eu sup lacu et clamauit
abachuc. Daniel serue dei tolle prandiu quod
misit tibi deus. et gratias agens daniel comedit.
Porro angelus restituit abacuch in loco suo.
Venit ergo rex die .vij. ut lugeret danielem. et
uidens eu sedentem in medio leonum exclama
uit. Magnus es domine deus danielis. et extraxit
eum de lacu. Porro illos qui perditionis ei causa
fuerant intromisit et deuorati sunt in momento
coram eo.

De abacuc ppha.
De cyro.
De licentia redeundi data iudeis.
De .lxx. anno. Incipit abacuc ppha.

ABACUCH

PORRO abachuc fuit de tribu
symeon. Hic preuidens captiuitatem
ierlm futuram et aduenientibus
chaldeis fugit in ostracena. et
erat pegrinus ibi. Descendentibus uero reli
quis inde in egyptum qui pegrinabantur in terram
sua. et scripsit in principio operis causa ad usus
dicit. cur impius uastasset templum dei et ciuita
tem eius. cur ipse exclamaret et non ex
audiretur. Sed in uisione apparuit ei dominus ca
lamitates ceterarum nationum futuras.
per nab. longe maiores. et tandem ipsum
nabuch. puniendum. et ideo animi uiri consolatus est
ad preces et ostendit illi deus aduentum xpi di
cens. Si moram fecerit expecta eum. quia
ueniens ueniet et non tardabit. et imprecatus
est abachuc nabuch. inter plurima dicens.
Ve qui potum dat amico suo mittens fel
et inebrians ut aspiciat nuditatem eius
quod fecit nabuch. sedechie. Ultimo scripsit ca
nticum. Domine audiui etc. Hic diu ferens pul
mentum messoribus. dixit domesticis suis. Ibo
ad terram longinquam cito rediturus. Si tarda
uero per dies ferte cibum messoribus. et cum in babilone fuisset
subito superuenit messoribus.
Intellexit autem quod celeriter esset pplus a babilonijs
reuersurus. Unum post longe post liberatam susan
nam hoc esse factum. Signum autem reditus dedit
hijs qui erant in iudea. quod uisuri essent lu
men in rursus templi. ultimamque templi
desolationem predixit quod gens occidentalis
hanc esset actura. Tunc inquit uelamen
sancti sanctorum scindetur et duarum columpnarum epistili
a auferentur. et quo sint nullus agnoscet. Ipsa
uero in heremo adducentur et eos in ultimo
qui persecutionem sustinent a serpente illumina
bit deus sicut a principio. et mortuus est aba
chuc in agro proprio solus. et sepultus est. Porro de daniele
quantum superuixit post reditum pplī in iudeam
nescitur. defunctus autem et sepultus est in spe
lunca regali solus cum gloria. Hic est daniel
qui dedit signa in montibus sup babilon
iam dicens. Quando uideritis montium a borea fu

migabitur veniet finis babylonie. quin vero
velut ignis ardebit. finis erit universe ter-
re. quia a parte nothi aque decreverunt. reverte-
tetur propheta ad terram suam. Quasi si sanguine
fluxerint. erunt homicidia belial in univer-
sa terra. De cyro.

Post mortem darii medii. cyrus mo-
narchiam tenuit orientis. cuius sedem
posuit apud persas licet regnum medorum maius
esset et honorabilius eo. quod ipse eum sublimaverat
in regem. Iste fuit nepos darii ex so-
rore. nepos vero astiagis ex filia. Porro
astiages unicam filiam habens vidit sompnium
quod de genitalibus filie oriebatur vitis. que totam
occupabat asiam. et accepit a coniectoribus
se habiturum nepotem ex filia qui dominus esset
asie. et ipsum deiceret a regno. Quod timens. dedit
filiam suam uxorem militi plebeio. ne
filius ex ea nasceretur nobilis et potens.
Postea filiam pregnantem ascivit. et natum
ex ea filium cuidam principi archanorum tra-
didit occidendum. Qui cedens regnum transi-
turum ad filiam filiusque ipsius iussus est oc-
cidere. et uni de pastoribus regis tradidit par-
vulum exponendum in nemore. Qui cum ex-
posuisset eum et indicasset uxori que in diebus
illis pepererat. supplicavit ei mulier ut par-
vulum deferret ei alendum et proprium pro
eo exponeret. Cumque redisset pastor ad puerum
invenit canem prebentem ei ubera et a feris
et avibus defendentem. Cumque tulisset eum
ad uxorem alluxit ei tamquam diu nocte
vocaveruntque primum spartacum. id est catulum. Spar-
tos enim persice canem sonat. Cumque esset
grandius ludens apud ludentibus. factus est rex
eorum et contumaces et inobedientes sibi graviter
affligebat. Quod graviter ferentes parentes eorum
ubium detulerunt ad regem de filio pas-
toris. Quem cum advocasset rex et argue-
ret eum quod prios plagasset. ille intrepi-
dus se ad regem fecisse respondit. Et admiratus
rex. et quedam signa generis sui in eo depre-
hendens attito pastore secretius rei ve-

tatem agnovit. Vnde timor eius de nepote
mitigatus est. estimans quod ubum coniecto[rum]
de regno. impletum esset in regno puero[rum]
eidem cum pueris commisat occidendum. Q[ui]
sit alendum. non indicans tamen esse in pastor[is]
filium. quin de illius secretarium suum clau[sit et de-]
dit patri ad comedendum. quod non obedi[ve]-
rit ei. et postea ioupin indicavit ei. Fi[lius vero]
ut astiages traderet exercitum illi secta[ndum]
hostes expugnandos. ipse vero resedit in...
Porro ille non immemor maleficii re[gis]
persuasit exercitui ut spartacum regem...
sibi eligerent. et confirmavit eum...
imperii heres. Quod dicit licet reluctetur...
hic est heres. Quo facto. timens astiages...
consobrinum. adoptavit se in filium. Et...
exercitu. congressus est adversus cyrum. et fugi...
perse. uxores autem eorum et matres egresse...
et de tectis patribus suis ariebant. ... vul...
re in utros matrum et renasci. hac pudore...
citati perse acrius redierunt in hostes. et vic[tus]
est astiages. Cyrus autem magis exhibuit...
nepotem quam victorem. Istam regnum...
concessit ei. dario vero tamquam fratri...
tradidit regnum medorum. tamen sub ...
retinendi ad eum. De licentia redeundi data

Itaque cum universorum regnum devolutum videret
esset ad eum. in huius anno primo regni susci-
tavit deus spiritum eius ut impleretur verbum
mee. Et dedit libertatem omnibus iude[is qui]
erant in universo regno suo. et licentia[m re]-
deundi in iudeam et edificandi domum domini...
creatus autem fuit ex verbis ysaie. qui ante
cc. et x. annos scripsit de ipso dominum dicere
christo meo cyro cuius apprehendi dexteram subiciam
gentes et regna. ipse reedificabit domum ...
in ierusalem. Vt ergo hanc munificiam scriptam...
pleret. et septimam libertatis et licentie...
in universum regnum suum dicens. Omnia...
terre dedit mihi dominus deus celi. Credo huic...
gens israel adorat. In hac epistola hortatur...
deos ut ascendent in iudeam. et qui nollent
ascendere. iuvarent ascendentes in pecuni[a]

[Marginal glosses:] p. — sibi intit — grandiusculus — ut

Astyages fuit rex medie et persarum qui unicam
habebat filiam. cuius filius fuit cyrus. Astyages
autem adoptavit darium in filium.
et ita cyrus fuit nepos astiagis
verus et darii adoptivus. vel
darius dictus est astyages
et ita hoc nomen
est equivocum.

T vestib

uestibus cunctis. Porro clarissimi iu
udeorum habitabant in babylonia. i. in terra
babilonis eufr. Babilon enim proprie no
men est ciuitatis. Babilonia uero nomen re
gionis licet unum pro uno per alterum sepe le
gatur. Inter eos zacharias natus in chaldea
iam prophetabat. hic benedixit salathiel
in filio uocans eum zorobabel. quod interpretatur ma
gister babilonis. q. d. hic erit magister capti
uitatis babilonice. Ad huius prophete exhor
tationem primum surrexerunt uiri in iudea
ut ascenderent in ierusalem. postea uero beniamin et
leuite. postea ut dicit iosephus a iuda cognomi
nati sunt iudei. Huius enim nominis plures
fuerunt cause. super terram babel legitur
quod adedan qui cognominatus est iudas dux
sunt iudei. alibi quod a iuda filio iacob. alibi
quod a iuda machabeo. Porro ascensuri
in iudeam alios hortabantur. sed paucos in
uenerunt qui assentirent eis. et postea tamen
in exhortatione quam in apparatu. tres
annos compleuerunt. Igitur in tercio anno cyri
egressi sunt sub zorobabel duce et ihesu
magno sacerdote adhortantibus eos za
charia propheta et aggeo iuuene. sed nondum
propheta. Erat autem exercitus. l. milia fuerunt enim de iu
deis. xlii. et ccclx. Reliqui uero erant
serui et ancille et homines gentis permixtim.
Et remisit cum eis cyrus partem uasorum
domini. v. et xl. milia que ponit iosephus. refrigera
toria. quorum usus non legitur. Ascenderunt et
quidam cum eis dicentes se esse de genere sacerdotum.
Cumque quererent scripturam genealogie sue
et non inuenirent recepti sunt in israel. sed eiecti a
sacerdotio et reuersi sunt in ierusalem et ciuitates
iude. De septuagesimo anno. cxxxv.

Hic est annus. lxx. relaxande captiuita
tis quem predixit ieremias. Flauius et ierony. pri
mum annum cyri dicit fuisse. vii. lvii. de
cadis. Itaque tercius annus cyri fuit. lxx. cum
consonat iosephus dicens. primo anno imperii cyri
lxx. occurrebat. i. iminebat. De eodem
legitur in paralipomenon. Siquis euaserat gladium ductus
in babilonem. seruiuit regi donec imperaret rex per
sarum et compleretur sermo ieremie et cele
braret terra sabbata sua. usque dum complerentur
lxx. anni. De eodem meminit daniel an
no. i. darii intellexi numerum annorum ut com
dies plerentur desolationis ierusalem. lxx. anni. Ipsum
plane predixerat ieremias in epistola quam direxit
ad transmigrationem. Cum ceperint inquit impleri
lxx. anni uisitabo et reducam uos ad lo
cum istum. Alibi tamen uidetur uelle ieremias. quod ante euer
sionem babilonis completi erunt ut ait.
Seruient omnes gentes iste regi babilonis. lxx.
annis. cumque impleti fuerint anni. lxx. uisitabo
super regem babilonis et super gentem illam in
iquitatem eorum dicit dominus et ponam eam
in solitudines sempiternas. Ex hac autem auctoritate
fabulantur iudei ut predixi exultasse bal
thasar et conuiuium fecisse. hic autem loquitur
ieremias. de. lxx. annis non captiuitatis iude sed iniquitatis
nabuch. ex quo cepit opprimere finitimas na
tiones. hanc opinionem attestatur affricanus
agens de uicennia et uicesimo anno regis
artaxersis dicens. Eo tempore regni persarum
c. xv. anni fuerunt euoluti. captiuitatis autem .i.
ierusalem. c. lxx. xv. Eusebius tamen in libro cro sed captiuitatis an regnum. lxx. annis.
nicorum uidetur obloqui predictis. secundum annum darii
filii idaspis dicens. fuisse septuagesimum
secundum auctoritatem zacharie qui secundo anno darii
scribens. audiuit uirum stantem inter mirteta
dicentem. Domine exercituum usque tu non miserere
bis nobis ierusalem et urbium iuda quibus iratus es.
Iste iam septuagesimus annus est. et post pauca tum
ieiunaretis per hos. lxx. annos numquid ieiu
nium ieiunastis mihi. huic quoque consonat clemens
in primo stromate dicens. et perseuerauit .i. libro instructionum
captiuitas annis. lxx. usque ad secundum annum
darii filii idapsis. Videtur quoque eusebius
distinguere inter. lxx. annos captiuitatis et
lxx. annos desolationis templi dicens. Secundum no
nullos usque in annum. xx. cyri colliguntur omne
tempus captiuitatis anni. lxx. a tercio anno ioa exclusiue
chim filii iosie. porro secundum alios ab anno tercio
x. iosie usque ad primum annum cyri colliguntur

anni captiuitatis .lxx. desolationis uero templi
sub dario rege complentur anni .lxx. horum
opinioni consonat glosa .iero. super ezechi-
elem ubi agitur de dormitione super latus dex-
trum dicens quod primo anno cyri fluxerant a-
ni desolationis templi .xxx. porro prior opi-
nio de anno .lxx. magis trita est. et plurimis
auctoritatibus sancita. sola zacharie
auctoritas nos mouet. iste iam sep-
tuagesimus est annus quem forte determinari potest
ut iam accipiatur pro preterito. Quod dicitur .lxx.
annus iste est notus. scilicet et famosus iam diu
est. uel forte dictus est in zacharia .lxx.
annus non captiuitatis sed quinte etatis
que sub hebreos incoauit anno .xxx.
ante cyri monarchiam. De reedifica-

tione templi.

Porro in anno
regressionis in iudeam congregatus
est populus quasi uir unus in ierusalem et edificantes
altare collocauerunt illud super bases suas
et obtulerunt super illud holocausta domino ma-
ne et uespere. feceruntque sollempnitatem taber-
naculorum. Unde uero habuerint ignem nescimus nisi forte
ex chaldeis ueteris altaris excussissent illum.

calculus

Anno autem secundo mense secundo iecerunt fundamenta
templi. Quod audientes samarite uenerunt ad
eos et dixerunt. edificemus uobiscum. quia ita
ut uos colimus dominum [Glosa quia hec festiui-
tas iudeorum per ordinem ade-
quod non obseruabant quia non
erat festum ex lege]
ierusalem. Et responderunt
duces israel. Non
est nobis et uobis
adorare dominum. sed non ei domum edificare. sed
enim nos tantum precepit rex cyrus. Cumque ap-
paruissent fundamenta super terram. ele-
uauit populus uocem in iubilatione. Porro
quidam senes qui uiderant templum prius
eiulabant uoce magna. nec poterat quisque
agnoscere clamorem letantium et planctum
eiulantium. Porro samarite indignati
impediebant manus eorum. Cumque per se impe-
dire non possent. dederunt munera principi-
bus regis persarum qui erant positi super ter-
ram. qui pecuniis corrupti. uendiderunt

eis negligentiam edifi- [Idest ut ne-
cantibus. cyro tamen ignorante. et gligentur in-
adeo impedierunt eos quod in .xxx. deos in edifica-
annis in quibus regnauit tione in qua prius
cyrus non erexerunt muros eos iuuabant
templi nisi usque ad apodia- sub precepto cyri
tionem. Porro cyrus cum percussisset regis.]
cresum iuxta fluuium alim. gentem lidorum
bellicosissimam astute redegit in concordiam.
Tradidit enim sollempnitates et ludos precipi-
ens ut lusibus comessationibus et am-
plexibus uacarent. quasi beniuolentiam in eos
ostendens. et in hunc modum eneruauit eos.
et quos bello non poterat. per libidinem expug-
nauit. Postea uero transgressus araxem a regina
massagetarum thamari uictus et occisus
est. que caput illius pro scelerum in utrem ple-
num sanguine humano proiciens insultando
dixit. Satia te sanguine quem sitisti.
In diebus cyri .vij. rex romanorum Incidentia.
manorum tarquinius superbus qui cum tarquinio
iuniore filio suo. qui lucretiam corrupit
a regno est expulsus. Hic genera tormentorum excogitauit
cogitauit uincula. taureas. fustes. lautu-
mias. carceres. compedes. cathenas. exilia. me-
talla. De cambise.

Mortuo cyro successit ei filius eius
cambises qui apud hesdram artaxerses dicitur.
uel assuerus. In hystoria iudith uocatur
nabucodonosor. propter maliciam suam. Tunc principes terre
impediebant hebreos. scilicet reuben lee. qui uo-
se dicit scriptorem omnium accidentium. et alij qui
iudicabant syriam et phenicem et omnes re-
giones ultra eufratem. scripserunt cambisi
quod iudei reedificabant ierusalem. urbem pes-
simam et semper regibus persarum rebellem. et tem-
plum ad similitudinem castri que ob rebel-
lionem predem destructa fuerat. Quibus ree-
dificatis statim regi negarent tributa
et annonas. nec pateret regi transitus in sy-
riam. Hec autem dicebant se commemorare ei.
quasi non immemores erant salis quod in palatio
comederant. consulentes ut interdiceret he-

breis reedificationi. quibus acquiescens cambises potentius interdixerit eis per epistolas. Tunc intermissum est opus dei usque ad secundum annum darii. Porro sub cambise factum est hoc quod in hystoria iudith legitur. Tytuli super

Hystoria iudith. librum Iudith.
De iiii ubus magi et dario filio ydaspis.
De consummatione templi et aggeo et zacharia
De reedificatione templi
De versu.

Incipit hystoria Iudith.

Hanc hystoriam transtulit ieronimus ad petitionem paule et eustochii de chaldeo in latinum. Hic liber apud hebreos inter hystorias computatur. Sunt apocrypha quod dicit ieronimus in prologo qui sic inchoat. Viginti et duas litteras et cetera. Sed ergo in prologo super iudith alicubi legitur inter agiographa. incertum est scriptoris quod in ipso titulo deprehendi potest. Quem sinodus nicena in numero sanctarum scripturarum recepit. Transtulit autem eum per varias editiones corruptas magis sensum ex sensu quam verbum ex verbo sequens.
I Mortuo itaque cyro. quidam arphaxat medus surrexerit in ecbathanis et reparavit eam et munivit eam inexpugnabiliter quasdam partes medie sibi concilians ut tandem toti medie imperaret. Nabuchodonosor vero rex assiriorum qui regnavit in ninive anno xii. regni sui expugnavit arphaxat in campo qui est inter eufraten et tigrim. Hic est cambises cum patre adhuc vivens in ninive et regnum assiriorum concessit et nabuchodonosor cognominavit. Hic mortuo patre. viii. illius regni annum agebat. Nam in regno monarchie non nisi octo annis regnavit. Qui primum factus est monarchus exaltatum est cor eius et misit ad omnes qui habitabant in cilicia et damasco et libano et carmelo et samaria et usque in iherusalem exigens ab eis tributa longe graviora quam patres sui. Qui omnes uno animo contradixerunt
II Tunc rex iratus per thronum suum quod defenderet se de omnibus. Igitur anno. xiii. regni sui precepit

olofernii principi militie. ut egrederetur ad regiones illas et nulli hominum vel munitionum parceret oculus eius. Qui egressus est cum exercitu et operuerunt faciem terre sicut locuste. Qui cum vastassent ciliciam et mesopotamiam et madianitas. miserunt ad eum principes provinciarum duces. Desinat indignatio tua circa nos. venit pacifice et utere servitio nostro sicut placuerit tibi. Et descendit de montibus cum virtute magna et obtinuit omnes civitates et destruxit eas. et omnes deos terre exterminavit. Sic enim preceperat nabuchodonosor. ut ipse solus deus diceretur ab his nationibus que potuissent olofernis potentia subiugari. Et audientes filii israel. timuerunt III
valde ne similia faceret iherusalem et in sanctuario dei et miserunt in terminis terre per quos transire poterat in iherusalem. et munierunt angustias viarum et humiliaverunt se coram domino ad exortationem eliachim sacerdotis filii ihesu. filii iosedech. vel forte alterius quem ipse ihesus circummittebat ad exhortationem filiorum israel in montibus et operuerunt sacerdotes altare domini cilicio. et ipsi in cinere et cilicio offerebant holocausta et clamabant ad dominum. Nunciatum V
tumque est holoferni quod filii israel pararent se ad resistendum. et montium itinera conclusissent. vocavit duces amon et moab dicens. Quis est iste populus qui montana obsidet. aut que est virtus eius. Tunc achior dux filiorum amon respondit replicans ei quomodo primo venissent patres illi de chaldea per mesopotamiam in terram chanaan. Cumque descendissent in egyptum reduxerat eos deus eorum in terram promissam. qui cum placatus erat eis. nemo poterat eis resistere. cum vero irritabant eum eos flagellabat. quia deus erat odiens iniquitatem. Nuper autem reduxerat eos in iherusalem de servitute nabuchodonosor. et tradiderat eos propter peccata sua et nunc obtinuebant montana hec. Et addidit achior. perscrutare si deus eorum offensus sit eis et poteris eos expugnare. Alioquin non prevalebis eis. Et iratus holofernes VI

dixit. ut ostendam tibi qr nō ē ds ñ nabuc.
ex hac hora illoꝝ pp̄ sociabis. ut cū illis
p[er]it peas. Tūc p̄cepit holofnes suis
suis ut ducēnt eū in bythuliā cūm qui
castra metat⁹ fuat. Cūqȝ t[r]ānsient eum
fundibulary egssi sunt ad eos & timē
tes ligauiūt achior ad arborem & recesſ
sunt. fundibilary uō soluentes eū. sta
tuerunt eū īmedio pp̄ & senioꝝ. Mi
sant quidē de urbē in bethuliā duos
sacdotes & p̄ncipem oziam de tribu sy
meon. Cūqȝ exposuisset achior eis qr̄ trās
missꝯ eēt ab holoferne ad eos. recepit
VII eū ozias in domū suā. Fcm̄ ē aū ut in
uenirz holofnes ductum aquaꝝ que ī
fluebāt ciuitatē. p aunculas que tibi
bebant forte de alueo p latentes riuu
los aq̄ductus & interrupto aq̄ductu. ab
stulit eis aquas. Erant aū nō longe
a muris fonticli. quibz ciues furtim
utebant⁹ ad refocilland⁹ poci⁹ q̄m ad bi
bendu. & dixerunt amonite ad holofnē.
Siuis eos obtine sn̄ bello & sanguine
V appone fontibz custodes. & apposuit & defe
cit aqua incisterns p[er] .xx. dies. & clama
uit pp̄ ad eos qui ueniant de ur[b]ē. Judi
cet ds int[er] nos & uos. Melius erat nob
suire holofni q̄m siti p[er]ire. et dixerunt ad
sacdotes. Sustineam⁹ ad huc p .v. dies. si
VIII forte faciat nobcū ds miām suā. Erat
aū in ciuitate iudith uidua tbz annis
mul[ie]r pulch[er]rimus sȝ casta de tribu rube
q̄ alstitos sacdotes reph[en]endit eo q̄ teptassent
sent dm̄ & tminū dieꝝ īposuissent mīē
eius. & ait ad eos. Op⁹ dei facturā sum q̄ ū
indicabo uob. State hac nocte ad portas
ciuitatis & ozias uobcū ut egrediar. p
man⁹ meās. Cūqȝ illi abissent. orauit
VIIII ad dnm̄ dicēs. Dn̄e ds p̄ris mei simeō
qui dedisti ei gladiū in alienigenas. di
rige manū ancille tue. sicut m̄undauit
fcm̄ symotus q̄ detestatus ē iacob. &
X ultionē fcam a dn̄o p man⁹ impiꝯ. Cūqȝ
regni sui templum domini magnifice deco
rauit. nec solum in regno suo. uerum et
in adiacentibus ciuitatibus memoriam
sue liberalitatis et industrie opera reliquit.
Fecit et cesaream palestine in qua stra
tonis turris in qua construxit aduentum ce
saris augusti portum de candido mar
more construxit. in qua postea a petro epi
scopatus est centurio cornelius. **De offen**
sa herodis in filios.

Post hec redierunt a studio filii eius
et erat alexander acrior
quorum unus filiam salome amite duxit
duxit uxorem. alter filiam regis capa

doce. iamque licentius de successione re
gis cum patre disceptabant. Ob hoc offensus
pater antipatrum illis preponere satagebat.
In testamento quoque aperte iam fuat succes
sor declaratus. Inde predicti fratres de mor
te patris occulte tractabant. Quod presen
ens pater a se eos reiecit. hii uero romam
nauigauerunt ut patris iniuriam defer
rent ad cesarem. **Explicit cathalogus**

Incipiunt tituli

Hystoria euuangelica.
De conceptione saluatoris. 146
De ortu precursoris 146
De descriptione orbis. 146
De ortu saluatoris. 147
De natiuitate domini. 147
De cantico angelorum in circumcisione domini 147
De magis. 147 | et nece antipatri.
De oblatione et nominibus magorum. 148
De ypapanti domini. 148 | inter eos.
De fuga domini in egiptum. 149
De nece puerorum et quare dilatata per annum 149
Commutatio temporis et prophetia fuit 149
De nece duorum filiorum herodis. 149
De priori testamento herodis et odio populi 149
Quod herodes incarcerauit antipatrum insidiantem 149
De magnitudine morbi herodis. 149
De nobilibus uiris occidendis in morte herodis 149
De morte herodis et substitutione archelai 149
De lite fratrum coram augusto. 149
De .iiii. regibus iudee. 160
De simulato alexandro. 160
De diuisione regni iudeorum. 160
De reditu domini ab egipto. 160
De exilio archelai. 160
De primo procuratore iudee. 160
De morte augusti. 160
De tyberio imperatore et ualio. 160
De odio iudeorum in pontium pilatum. 16[illegible]
De commendatione saluatoris. 16[illegible]
De baptismo iohannis in principio .vi. etatis 16[illegible]
De tribus sectibus iudeorum. 16[illegible]
Quod iohannes confessus est se non esse christum. 16[illegible]

De ihu baptizato. 162
De spu sco et voce patris. 162
De ieiunio ihu et temptatione. 162
De prima vocatione discipulorum. 162
De variis opinionibus hystorie. 163
De mutatione aque in vinum. 163
De iectione vendentium et ementium de templo 163
De secunda vocatione. 163
Qui venit in nazareth. 164
De tercia vocatione discipulorum 164
Quod discipuli et baptizabant et iohes. 164
Cur incarceratus est iohes bapt. 164
De aperta dni predicatione et miraculis. 164
De electione .xij. apostolorum. 164
De sermone dni in monte. 164
De oratione dnica.
Quod apostoli missi sunt cum potestate curandi. 165
De curatione leprosi. 165
De servo centurionis. 165
De socru petri. 165
De filio vidue. 165
Quod excitatus imperavit mari. 165
De duobus obsessis a legione. 165
De paralitico dimisso per tectum. 165
De puteo samaritane. 166
De filio reguli. 166
De convivio levi. 166
De filia archisynagoge et emorroissa 166
De duobus cecis surdo et muto. 166
De beelzebub. 166
De maria magdal. 167
De ministerio marthe.
De questione iohis.
De .lxx. discipulis.
De solone sabbati in spicarum confricatione.
De mancho.
De .iiii. parabolis ad turbas.
De verbis discipulis in domo
De gehenna.
De saltu dni. 167
De decollatione iohis. 168
De .v. panibus et duobus piscibus
Quod dns ambulavit super mare. 168

De verbis dni pro quibus quidam retro abierunt. 168
De traditionibus phariseorum contra mandata dni. 168
Quod abs non consistit in unitate nature. 169
De muliere chananea.
Item de surdo et muto.
De probatica piscina.
De zelo iudeorum quod xpc filium dei se fecit.
De refectione .iiii. milium de .vij. panibus.
De quodam ceco. 169
De confessione fidei quam fecit petrus pro omnibus. 170
De transfiguratione domini.
De verbis dni quibus innuit tempus mortis sue.
De lunatico. 170
De tributo invento in ore piscis.
Quod discipuli quesierunt quis esset eorum maior 171
De parabola ovis et dragme et filii prodigi.
De dimittendo fratri septuagies septies.
Quod ob sola fornicationem uxor potest dimitti.
De galileis quos occidit pilatus dum sacrificaret
De muliere incurvata.
De scenophegia.
Qui missi ut tenerent ihm admirabantur verba eius. 171
De adultera. — / sua et quedam verba dni. 172
De parabola divitis volentis ampliare horrea.
De ceco nato. / re in regnum celorum.
De legis peritis et impossibilitate intrandi di
Quod relinquentes omnia pro xpo iudicabunt.
De divite et lazaro. 172
De villico iniquitatis. 173
De denario diurno. / et minam.
De ydropico et exhortatione et humilitate ad humilitatem.
Quod voluerunt lapidare dnm in enceniis. 173
De suscitatione lazari. 174
Quod pontifices et pharisei conspiraverunt in ihm
De ultimo adventu dni in ierusalem.
De decem leprosis.
De samaritanis negantibus hospitium dno.
De petitione filiorum zebedei 174
De zacheo et ceco prius illuminato. 175
De duobus cecis iericuntinis.
De alabastro unguenti.
De maledictione ficus et sessione super asellum. 175
Quod gloriose susceptus dns flevit super civitatem. 176

De sca eiectione uendentium et ementium.
De exactione templi in domo.
De duobus minutis uidue. Feria.
De phariseo et publicano.
Ubi dominus pernoctabat in bethania.
De uoce patris ad ihesum quam quidam putauerunt tonitruum.
De filio qui negauit se ire in uineam et iuit.
De cultoribus uinee et sanguinariis.
De lapide angulari.
De inuitatis ad nuptias et non habente uestem nuptialem.
De herodianis et questione de tributo reddendo.
De mandato primo et secundo in lege et sanctificato a latronibus.
De confutatione phariseorum per auctoritatem dd.
De doctoribus phariseis audiendis et non imitandis.
Ubi debetur ue in eternum. Feria.
De zacharia filio barachie.
De consummatione eiusionis ierusalem. Feria.
De signis eiusionis aduentus.
De expeditis fuge.
Post pauca signa aduenient iudicii.
De signis .xv. dierum.
Ubi sol primo nouit diem iudicii et de uno relicto et altero assumpto. Feria.
De uigilia ianitoris et x. uirginibus.
De commendatione talentorum et decennis.
De uentilatione aree.
De prouisionibus de igne eterno.
De pascha et diuisis ac ceptoribus huius nominis pascha.
Qua die et cur iudas uendiderit dominum.
De cena domini.
De ablutione pedum.
De negatione proditoris et egressu eius.
De eucharistia data aliis et non iude.
De predictione negationis petri.
De sermone domini post cenam.
De ligatione domini et sanatione auricule.
De fuga adolescentis.
De prima negatione petri.
De secunda negatione.
De tertia negatione.
De sententia mortis lata in ihesum.
Prima illusio.
De suspendio iude.
De uerbis pilati ad iudeos et ihesum.
Ubi herodes illusit domino.
Secunda illusio.
Ubi pilatus sedit pro tribunali hora quasi sexta.
Ubi pilatus qui nolens tradidit ihesum ut crucifigeretur flagellatum.
De illusione militum.
De diuisione uestium et tunica sortita.
De titulo triumphali.
De diuisis latronum.
Ubi uirgo uirgini commendata est.
De tenebris.
De clamore domini ad patrem.
De morte domini post gustatum acetum.
De signis domini.
De fractis cruribus latronum christo lanceatus est.
De sepultura domini.
De custodibus sepulchri.
De aduentu mulierum ad sepulchrum.
De alia ordine dierum.
Opiniones de hora resurrectionis.
De cursu iohannis.
Quod dominus apparuit magdalene.
De mendacio custodum.
Quod apparuit mulieribus una.
De duobus euntibus in emaus.
Quod apparuit aliis absente thoma.
Quod postquam comedit coram discipulis insufflans dedit eis spiritum sanctum.
Quod apparuit thome.
De apparitione ad mare tyberiadis.
Opiniones de morte iohannis.
De apparitione in galilea ubi mandauit discipulis ut docerent gentes et baptizarent.
De ascensione domini . . . lea.

EVANGELIA

Incipit hystoria euangelica de conceptione precursoris.

Fuit in diebus herodis regis iudee exstiterat annis regni eius uiginti sacerdos nomine zacharias de uice abia et uxor eius aaronita elysabeth. Dauid ampliare uolens cultum domini .xxiiii. instituit summos sacerdotes. quorum unus tamen maior qui dicebatur princeps sacerdotum. Statuit autem .xvi. uiros de eleazar et .viii. de itamar. et secundum sortes dedit cuique ebdomadam uicis sue. Hiuit autem ebdomadam .viii. ebdomadam. de cuius gente zacharias cum in die propitiationis incensum poneret. predixit ei angelus nasciturum filium de uxore. Qui considerans sterilitatem uxoris et utriusque senectutem. non credidit. et ob hoc obmutuit usque ad partus. Nomen quoque puer et magnificentiam abstinentia indicauit. Concepit autem elizabeth et occultabat se mensibus .v. De conceptione saluatoris.

Mense autem sexto. missus est gabriel in nazareth ad mariam uirginem desponsatam ioseph. Cumque eam salutaret dixitque eam parituram ihesum filium altissimi. quesissetque quomodo hoc fieret cum se non cognituram uirum in animo uouisset non aliter deus disponeret. ad hoc angelus. non de uiro sed de ope sancti spiritus conceptam. et iam elizabeth cognatam suam concepisse ei indicauit. Primitate . . .

et Bethleem in tribu Iuda.

sacerdotalis tribus et regia. Nam et Aaron uxorem habuit de Iuda Elizabeth sororem Naason, et Ioiada pontifex Iosabeth filiam Ioram regis. Et ait Maria: Fiat michi secundum verbum tuum. Et statim conceptus est Christus de virgine plenus homo in anima et carne, ita tamen quod liniamenta membrorum visibus discerni non possent. Creditur autem fuisse conceptus VIII kalendas aprilis, et revolutis XXXIII annis eodem die crucifixus.

De ortu precursoris. cxxv

Exsurgens autem Maria abiit in civitatem Iuda. Iuda nomen est regni non tribus. Ierusalem enim in tribu Beniamin erat. Per quam forte transivit ad oppidum in quo dicunt Zachariam tunc habitasse, IIII miliario ab Ierusalem, et ibi natum Iohannem. Et legitur in libro iustorum quod beata virgo primo levavit eum a terra. Et cum salutasset Elizabeth, exultavit infans in utero eius, et cum matrem domini sui et beatam Elizabeth eam prophetaret, edidit Maria canticum dicens: Magnificat anima mea dominum. Mansit autem Maria ibi mensibus tribus ministrans cognatae suae donec pareret, et tunc rediit in domum suam. Octavo autem die cum circumcideretur puer et vocarent eum nomine patris sui Zachariam, ait mater: Iohannes est nomen eius. Id ipsum scripsit pater sumpto pugillari. Est autem pugillaris vel tabella que pugno potest includi, vel calamus scriptoris. Et apertum est os Zacharie et prophetans domino canticum fecit: Benedictus dominus deus Israel. Et quia hec duo cantica evangelica sunt, ideo ea stantes cantamus. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu, et erat in desertis locis usque in diem ostensionis sue ad Israel. Revertens autem Nazareth inventa est a sponso in utero habens de spiritu sancto. Qui volens eam traducere in coniugem occulte volebat eam dimittere. In sompnis autem admonitus est ab angelo ut acciperet eam in coniugem, et ne suspicaretur per adulterium conceptum, puerum de spiritu sancto indicavit, et ut Iesum vocaret precepit, quia salvum faceret populum a peccatis eorum. Et ex hoc cognovit Ioseph dominum nasciturum qui solus peccata dimittit. Et accipiens sponsam in uxorem cum virgine virgo permansit. Fuit autem virgo virum ne gravida infamaretur, et viri solatio et ministerio frueretur, et ut diabolo occultaretur dei partus.

Hec duo cantica non cantant in ecclesia eo ordine quo sunt edita. Prius enim cantatur quod secundo est editum. Quia enim in cantico Zacharie legitur: Et erexit cornu salutis nobis, quod est factum in resurrectione, et quia loquitur ad puerum qui fuit aurora solis, ideo cantatur in laudibus. Et quia legitur in cantico virginis: Respexit humilitatem ancille sue, [illegible] Marie, quod factum est in sexta etate, et agit de incarnatione, ubi Suscepit Israel, ideo cantatur ad vesperas in VI scilicet officio diurno. Tertium canticum Symeonis quod sequitur cantatur in VII officio, id est in completorio, quia orat se dimitti in pace que erit in VII quiescentium.

De descriptione orbis.

In diebus illis exiit edictum a cesare augusto ut describeretur universus orbis. Volens scire cesar numerum regionum in orbe que romane subierant dicioni, numerum civitatum in qualibet regione, numerum capitum in qualibet civitate, precepit ut de suburbanis oppidis, vicis et pagis ad suam confluerent homines civitatem, et maxime ubicumque habitarent ad civitatem convenirent unde trahebant originem, et quisque denarium, nummum scilicet argenteum, precii X nummorum usualium, unde denarius dicebatur, presidi provincie tradens se subditum romano imperio profiteretur. Nam et nummus imaginem preferebat cesaris et superscriptionem. Et quia numerus eorum qui censum capitis ferebant certo determinabatur numero et redigebatur in scriptis, ideo professio hec dicta est descriptio. Hec descriptio facta prima est a preside Syrie Cyrino. Prima dicitur quantum ad Cyrinum. Quia enim

Luce ii.

iudea in umbilico zone habitabilis esse dicitur. presumptum est ut in ea inchoaretur. et deinceps per circumstantes regiones alii presides prosequerentur. vel forte prima universalis quia alie processerunt particulares. vel prima capitum forte in civitate. Quia dicitur descriptionem fecerat. vel forte alii fiebant a preside. secunda civitatum in regione a legato cesaris. tertia regionum in orbe coram cesare. Licet primum iudea facta est stipendiaria romanis. hec descriptio quartus annus fuit videtur. quia in eius legitur. Magister vero non solum hoc anno tributum. Ascendit autem et ioseph a nazareth in bethleem eo quod esset de domo david. ut profiteretur cum maria uxore sua pregnante. Si mulieres profitebantur coniungendum est sic ut profiteretur cum maria. Si soli viri sic est ordo. Ascendit ioseph cum maria.

Censicapit una dictio est et ponitur pro nummo qui dabatur pro censu capitis. et valebat x. usuales nummos. Item hic et hec censicapita. huius censicapite. pro illo et pro illa qui dabat censum pro capite. et est similiter una dictio. Item censi capite possunt esse dictiones et tunc sic exponetur. censi capite. id est qui erat censi capite. et dicitur censiti a censeo censes. et dicitur hic censicaput huius censicapitis.

Tributum dabat regum erario sed stipendia de proprio gualit.

De ortu salvatoris.

Factum est autem dum essent ibi peperit virgo filium suum primogenitum. non post quem alius sed ante quem nullus. et pannis involutum. Inclinavit in presepio. quia non erat ei alius locus in diversorio. Difficile fuit pauperibus pre frequentia multorum qui ob idipsum conveniebant vacuas invenire domos. et in communi transitu qui erat inter duas domos coopertum huius quod diversorium dicebatur se receperunt sub quo cives ad colloquendum vel convescendum in diebus ocii vel pro aeris temperie divertebant. Forte ibi ioseph presepium fecerat bovi et asino quos secum duxerat in quo positus est ihesus. Ad quod quidam referunt illud ysaie. Cognovit bos possessorem suum et a. p. d. s. et illud ~~baruch~~. In medio duum animalium cognosceris. Etiam in picturis ecclesiarum que sunt quasi laicorum libri hoc representatur nobis.

f. luce. ii.

Dicitur quod fenum in quo iacuit delatum est romam ab helena et est in ecclesia sancte marie maioris infra basilicam non longe a presepio quod esset ibi eorum. paula quoque et eustochium in bethleem quiescunt.

De nativitate domini.

Natus est autem salvator anno regni augusti cesaris xlii. annos enim xiiii. qui a morte iulii fluxerant. usque ad actium bellum regno augusti connumeramus. Anno vero regni herodis in iudea ... orbe pacato natus est dominus olimpiadis c. xc. iii. anno tercio. anno ab urbe condita. dcc. lii. Natus est nocte dominice diei. quod si tabulam compoti recurras invenies hoc anno concurrentem v. regularem ianuarii etiam quibus iunctis et sublatis vii. unum remanet. Item si regularem ianuarii in dominica invenies quod quintam feriam ea die qua dixit fiat lux et facta est lux. visitavit nos oriens ex alto. Inchoata est vero secundum quosdam sexta etas a nativitate christi. secundum apostolum qui ait. cum venit plenitudo temporis misit deus filium. Secundum alios a die qua baptizatus est christus vim regenerativam dedit aquis. secundum alios a passione. quia tunc aperta est porta. et inchoata est quasi septima quiescentium. Fluxerunt autem ab adam anni v. cxc. vi. ab abraham ii. xvii. secundum lxx. secundum vero hebreos

Ad hoc quod kalende aprilis fuerunt feria post mortem ihesu in anno eodem sequens dies nativitatis eius fuit in dominica et idem fuit in anno conceptionis et nativitatis.

Rome templum pacis corruit fons olei erupit circulus aureus supra urbem apparuit. Augustus prohibuit ne quoque deus vocaretur.

paucioreſ

Hystoria

De cantico angelorum in circumcisione domini. [...]

Erant autem pastores, etc. Pastores erant in regione eadem. iiijo miliario a bethleem custodientes uigilias noctis sup gregem suum. Mos fuit antiquioribus in utroque solsticio uigilias noctis custodire ob solis ueneratione qui forte etiam apud iudeos ex usu cohabitantium inoleuerat. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos annuncians eis natum saluatorem in bethleem et insignium positum infantem in presepio inclinauit. Et factum est cum eo multitudo angelorum dicentium. Gloria in excelsis deo etc. Quia per xpistum glorificatus est pater et pax facta inter deum et hominem. inter hominem et angelum. inter iudeum et gentilem. per hanc multitudine angelorum. uel pro grege pastorum. uoluit quidam locum illum prophetice dictum turrim gregis. Ibi et tu turris gregis nebulosa cum tamen iam primo contraxerat hoc nomen locus idem. quod iacob pauit ibi gregem cum rachel pariter. Et transeuntes pastores usque bethleem inuenerunt uerbum quod factum erat ad eos. Et audientes mirabantur super hys que dicebantur a pastoribus ad eos. Maria quoque conseruabat omnia hec conferens in corde suo. de qua natus est ihesus ut putabatur filius ioseph. xpisti enim generatio sic erat. prima quidem generatio uel conditio hominis de terra. secunda de latere uiri. tertia de uiro et femina. Quarta fore erat. ut sine uiro nasceretur homo de femina. unde et appropriata circumlocutione per nomen xpistus filius hominis dicitur. prima et secunda generatio fuerunt. In tertia de ruina generamur. In quarta de ruina suscitamur. Octauo die circumcidunt puerum et declarauerunt nomen eius esse ihesum quod impositum erat ei ab angelo.

Nota hic principium ab angelis decantatum quod sequitur apposuit hylarius.

De magis.

Tertia xiii. anno xiiii. xiiii. decima uero die ecce magi uenerunt ab oriente ierosolimam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum. Uidimus stellam eius in oriente et uenimus adorare eum. Successores fuerunt isti doctrine balaam qui stellam nouerunt eius uaticinio. et a magnitudine scientie magi nuncupati quos enim greci philosophos ipsi magos appellant. Uenerunt autem de finibus persarum et chaldeorum ubi fluuius est sabba. a quo et sabea regio dicitur. quidam tamen non eos primo magos putant dictos. sed quia per aliam uiam reuertentes fefellerunt. Crisostomus dicit stellam ante tempore uisam quam xpistus nasceretur et apparuisse eis. et ita multo tempore de longinquo uenerunt. potius fuit ut xiii diebus super dromedarios sedentes longa terrarum spacia transmearent. Audiens quod magos herodes rex turbatus est et omnis ierosolima cum illo. Timuit rex ne quis de genere hircani uel aristoboli natus esset regnaturus se tanquam alienigena destituto. Turbatus autem ciuitas nouitate miraculi perculsa. Cumque diligenter didicisset rex ortum stelle a magis ut per eam natalem pueri cognoscerent. et a sacerdotibus et scribis sciscitabatur ubi xpistus nasceretur. qui iuxta michea in bethleem effrata nasciturum dixerunt. Bethleem prius dicta est effrata ab uxore caleph que ibi sepulta est quam quidam suspicantur filiam fuisse hur. et marie sororis moysi. Postea uero post famosam sterilitatem pro qua helimelech cum domo sua adiit moabitas cum reddita fuisset ei incredibilis ubertas dicta est bethleem que sonat domus panis. Dixit autem rex magis ut inuentum puerum sibi indicarent ut ueniens ad

Dicitur quod preputium domini delatum est ab angelo carolo magno in templo et translatum est ab eo aquisgrani. et postea a carolo caluo positum in ecclesia saluatoris apud carosium.

Incidenter. Sex super matheum ad literam. Quereret diligentis lector et dicet. cum ioseph non sit pater saluatoris quid pertinet ad eum generationis ordo deducet ad ioseph. Cui respondetur non esse consuetudinis scripturarum ut mulieres in generationibus numerentur uel ordinentur. Deinde ex una tribu esse ioseph et mariam unde et ex lege eam accipere cogebatur. et quod censentur in bethleem utique de una stirpe generati hinc hec patet quod mulieres sicut uiri censebantur.

oraret eum. Quos egredientes de ierusalem stella
antecedebat eos usque dum veniens staret supra
domum ubi erat puer. Dicit Fulgentius stel-
lam tunc certam notabilem et distinctam
ab aliis et in splendore. quoniam lux diurna
non impediuit eam et in loco. quia nec in firmamento
cum stellis minoribus erat. nec in ethere cum pla-
netis. sed in aere vicinas terris tenebat vi-
as et in motu. quia post immobilis super iudeam
magis signum dedit veniendi in iudeam. qui
de liberatione sua ierusalem tamquam caput iudee
adierunt. quibus egressis tunc primo motu
notabili precessit eos quasi pacto officio suo
modo esse desuit. revertens in priacentem
non sumpta fuiat. tamen quidam tradunt bedam
voluisse quod in puteum bethleem inciderit
et post in diebus paule et eustochii quasdam
virgines dedicatas eam miraculose vidisse
quod quia fabulosum existimaverunt fratres. cum
quibus monasticam ducebat vitam. eum
a communione sua quasi separaverunt. De ob-
latione vero lone et nominibus magorum.

Magi domum quam lucas diversorium vocat
obtulerunt puero singuli aurum. thus et mirram
secundum consuetam sabeis oblationem significan-
tes eum regem. deum. sed mortalem nomina
tamen magorum hec sunt. Ebraice appellius
hamerus damascus. Grece. golgalath. ma-
galath. sarraci. Qui cum delibassent de re-
ditu est responsum eis in sompnis ne redirent ad
herodem. et venientes tharsum cilicie. con-
ducto navigio redierunt in regionem
suam. De ypapanti domini.

Et postquam impleti sunt dies purgationis
marie tulerunt puerum in ierusalem ut
sisterent eum domino. id est offerendo presentaret.
et dederunt hostias pro eo. par turturum
et duos pullos columbarum. Iuliusque redeme-
runt eum. v. siclis argenti et erat in ierusalem
symeon senex qui acceperat a spiritu sancto non
visurum se mortem nisi prius videret christum
dominum et tunc eodem spiritu venit in templum et
accipiens puerum in ulnas suas. sciens

eum christum ait. Nunc dimittis et cetera. Et prophetans
de passione christi. ad mariam ait. Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius. id est passio christi
ipsius. Non enim absque maximo dolore po-
tuit videre crucifigi filium et si speraret resur-
rectionem. vel ita. aliam ipsius que et tua
quam. sed quia tuam diligis. pertransibit gladius
eadem hora supervenit et anna prophetissa et
loquebatur de illo omnibus qui expectabant
redemptionem israel. De fuga domini in egyptum.

Tunc herodes videns quod illusus esset a
magis videns magos se nil renun-
ciasse. putavit eos visione stelle deceptos
et erubuisse redire ad eum. et ideo ab inquisi-
tione pueri cessavit. Sed cum audierit que
dicta fuerant a pastoribus. et maxime prophetias
as symeonis et anne. sensit se illusum et
de morte puerorum bethleemitarum tractabat
ut ille quem ignorabat cum eis occideretur.
Interea per angelum admonitum augustus ioseph fugit
cum puero et matre in egyptum usque ad obitum
herodis. Cumque ingrederetur dominus egyptum cor-
ruerunt ydola egypti secundum ysaiam qui ait
Ascendet dominus nubem levem et ingredietur
egyptum et commovebuntur symulachra e-
gypti. Traduntque quod sicut in exitu filiorum
israel de egypto non fuit domus in qua domino
curante non iaceret primogenitum mortuum
ita nec tunc templum fuit in egypto in quo
non corruisset idolum. De nece puerorum et cetera

Herodes autem dum de nece puerorum an-
puerorum disponeret. per epistolam est citatus
a cesare augusto ut romam iret accusa-
tioni filiorum responsurus. tamen ioseph dicit quod a-
lexandrum filium suum secum romam tulerit
et venerit pater sibi regnum apud cesarem po-
stulaturus. Qui dum iter faceret per ciliciam
audiens naves tarsensium magos transve-
xisse. in spiritu vehementi combussit naves
tharsis secundum quod david prophetaverat. Cum vero coram
cesare disputassent pater cum filiis. hac lege
facta est reconciliatio ut adolescentes patri
in omnibus obedirent. ipse autem regnum dimitteret

Jam est erexat aum ad pendendum puerum.

cecidit

.I.

e.

modo y.

cum vellet, nondum tamen suspicionibus liberatus erat.
et conveniens urbem Romam, cum filio convocato tribusque fi-
liis astantibus, et concordiam fratrum fratrem a
cesare exposuit. et se successoris iudicem
constitutum. ne iudei ad suos reditum regni
estimarent. Tunc confirmatus in regno herodes
tercius quam prius persequens occidit omnes pueros
qui erant in bethleem et in omnibus finibus eius
a bimatu et infra secundum tempus quod exquisierat
a magis. quorum maxima pars .iii. miliario
a bethleem ad austrum sepulta est plurima
sua et visitatio hec est. Ortam dixerat stella
herodes eadem die qua natus erat dominus et
post ortum stelle dominum annicum esse sciebat
et insuper aliquot dierum. Ideoque super etatem eius
usque ad binos et infra et usque ad unius noc-
tis infantem deseviit in pueros. timens trans-
morphoseon. ne scilicet puer cui sidera famula-
bantur super etatem suam et infra faciem
suam transformaret. Crisostomus dicit stellam ap-
paruisse per annum ante nativitatem domini. Cre-
debatque herodes et tunc dominum natum fuisse
et sic putabat dominum biennium esse cum ad recti-
onem paucorum dierum. et ideo occidit pueros binos
et deinceps usque ad .v. annos. sed non minores
bimis. et exponitur bimatu et infra secundum ratio-
nem numeri. Sicut enim ratione temporis minores
bimis inferiores sunt eis. quia post nati sunt.
contra ratione numeri maiores bimis inferiores sunt
eis. quia post numerantur. cui assertioni videtur
facere fidem quod quedam ossa innocentium habentur
adeo grandia ut bimorum esse non possint. potest tamen
et hic dici quod longe maioris erant tunc ho-
mines quantitatis quam modo sunt. Vel comminato

Tunc impletum est id ieremie. (Ieremie et prophetia fuit) Vox in rama audita est
ploratus etc. Rama est iuxta gababa .xii.
miliaria distans a bethleem. Cum fere de-
leta tribu beniamin propter uxorem levite
pauci superstites plaxerunt mortuos
suos. Hoc autem ieremias non potius induxisse
comminando quam prophetando. Mirabatur
enim tantam immanitate ruinam. Quibus tribu-

bus quarta fere fuerat in filiis rachel cum pla-
gentium vox audita est in rama cum ieremias pro-
phavit de nece parvulorum. Et est rama civi-
ut mathius ait. et tunc ra- tas iuxta mo-
ma non est nomen loci. sed quia rama tem sylo
excelsum sonat. idem est ac si diceret. in excelso
vox audita est. Videtur quod debuisse dici. Iuda
plorans filios suos. cum bethleemite de
iuda fuerint. Sed quia beniamin tribus contermina
est iude. insinuavit evangelista multos de
beniamin fuisse occisos pro vicinia ad ex-
aggerandum scelus herodis. Vel quia rachel iuxta
bethleem sepulta est miliario uno a beth-
leem. In tumulo eius iacob posuit .xii. la-
pides pergrandes in signum filiorum suorum. prophetico
locutionis more dicitur ea egisse que in loco eodem
gerebantur. Et noluit consolari quia non sunt. id est
inconsolabiliter dolebat de eo quod non sunt. id est
de eo quod mortui esse desierant. Innocentes
quidem martires largo vocabulo dicuntur. non quia
testes christi sed quia pro christo occisi sunt. que si non lo-
quendo moriendo confessi sunt. propter quod et etiam pro
eis sollempnizat ecclesia quia descenderunt ad infe-
ros. unde et in eorum sollempnitate cantica le-
titie subticentur. Te deum laudamus. et Gloria in ex-
celsis. et pro alleluia quidam dicunt laus tibi deus
alii vero canterum etiam. De nece duorum fi-
liorum herodis. c.

Factum est autem ut qui herodes multos orbaverat
filiis. tempore suis miserabiliter orbaretur. Nam
per astutiam antipatri fratris sunt suspecti
alexander et aristobolus patri. Ob hoc scripsit herodes
augusto. in multis accusans filios. Misit
autem augustus saturninum et peanium legatos cum
rescripto ut coram hiis duobus coacto consilio
proprium filios iudicaret et de eis faceret quod
vellet si convincere eos posset. Auditis autem hinc
et inde partibus legati illos dampnandos pro-
nunciaverunt. non tamen morte. Tunc apud sebasten
pater eos convenit in iuncta. complices vero eorum
apposuit torqueri pater. ut confessione eorum certiora-
retur si in vitam suam ad machinarentur
filii. Confessus autem est quidam in fra ab alex-
andro

andro promissa si patri venenum propinaret. Confessus est et tonsor de promissis sibi muneribus, si dum pararet patri barbam eum iugularet; addiditque Alexandrum dixisse non esse spem ponenda in sene qui canos tingebat ut videretur adolescens. His commotus Herodes, missis spiculatoribus iussit filios occidi et asportari in Alexandrium, ubique sepeliri cum Alexandro avo suo materno.

De priori testamento Herodis.

Tunc inscripsit dolore et odio ipsius testamentum Herodes, et Antipatrum futurum regem instituit, et Herodem qui cognominabatur Antipas substituit Antipatro. Antipater vero intolerabile odium populi excepit, cunctis scientibus quod fratribus suis instruxisset calumpnias. Ob hoc et pater non recto oculo eum aspiciebat. Ad hoc et Antipatri molestius erat patri quod sibi substitueret fratrem eo quod ad filios ipsius Antipater regnum transire noluisset. Alia quoque maior causa invidie orta est ei in patrem. Nam pupillos filiorum quos occiderat paterna dilectione fovebat, aliis nepotibus suis eos copulans matrimonio. Erant autem secundum Iosephum pupilli relicti de Aristobolo: Herodes Agrippa qui Iacobum occidit gladio, et Herodias quam post abstulit Herodes Antipas fratri suo Philippo. Timuit ergo Antipater ne ad pupillos fratrum suorum quandoque regnum revocaret Herodes, quia ex parte matris eos contingebat. Commovit ergo Feroram in odium Herodis adeo ut Feroras secederet a fratre et habitaret in terra que concessa est ei trans Iordanem. Ipse vero patre nolente quibusdam excogitatis occasionibus properavit Romam, efficacissimum venenum a quadam venefica arabica comparans, et apud uxorem Pherore reponens quod interim dum ipse abesset per ministrum quem dixerat patri propinaret.

Quod Herodes incarceravit Antipatrum insidiantem vite eius.

Cum autem Antipatre Rome existente mortuus est Pheroras, accepitque Herodes de veneno reposito apud uxorem Pherore per ancillam a domina sua iracunde recedentem. Itaque evocatam uxorem fratris venenum afferre eam iubet. Illa vero quasi allatura egressa de tecto se precipitem dedit. Sed semiviva allata ad regem ait: Cum moreretur frater tuus vir meus, ait michi: Affer huc michi venenum quod reliquit nobis Antipater, meque vidente in igne consume, ne ad inferos conscientiam fratricidii ultricem feram. Ego vero magnam eius partem in ignem fundens, modicum michi propter dubios casus, et quia te intuebar, reservavi. Cumque pyxidem cum veneno protulisset, exspiravit. Acceptis quoque pluribus aliis argumentis quod Antipater in mortem patris crassaretur, Herodes eum mature revocavit, matremque illius repudiavit. Cumque filium publice de parricidio accusasset, presente Varo preside Syrie qui illis diebus Ierosolimam venerat, posuit eum in carcerem apud Iericontam.

De magnitudine morbi Herodis.

Cumque complices filii quereret pater ut eos cum filio exquisitis puniret suppliciis, gravi morbo impeditus, accedebat et senectus cum annos iam lxx natus erat, animumque eius filiorum clades graviter affligebat. Erant autem in urbe ii sophiste quos non pauci adolescentium sectabantur cum leges exponerent. His opportunum visum est ut rege tabescente aquilam auream deicerent, quam rex super maiorem templi portam posuerat contra patrias leges. Qua deiecta magnitudine ire sue rex commotus morbum superavit, et in concionem procedens in omnes Ierosolimitas iniuriam hanc refundere nitebatur. Sed ad preces populi in solos auctores ultus est, illos scilicet qui funibus demissi aquilam conciderant cum duobus sophistis vivos incendit. Dehinc variis affligebatur languoribus. Nam febris non mediocris erat, prurigo intolerabilis in omni corporis superficie. Assiduis coli vexabatur tormentis. Pedes intercutaneo vicio tumuerant. Putredo testiculorum vermes generabat. Crebris anhelitus et interrupta suspiria que ad vindictam dei ab omnibus referebantur. Ipse vero Iordanem transiens apud Calliroem calidis aquis utebatur. Cumque corpus eius oleo calidiori fovere medicis placuisset

maxillam plenam dentibus. ita dissolutum est
ut et lumina quasi mortuus resoluta tor-
queret. tunc tamen ad clamorem astantium respi-
rasse visus est. De nobilibus viris occidendis in
Qui cumque rediisset morte Herodis et nece Antipatri.
Jericho audiens iudeos mortem suam
exspectantes cum gaudio ex omni iudea no-
biliores iuvenes collectos concludi prece-
pit in ypodromio. id est in carcere circi precipiens
salome sorori sue. ut cum animam exhalaret
statim illos occideret. ut ita tota omnis iude-
a in morte eius vel invita plangeret. Illum
cum vero quos romam miserat redeuntes episto-
lam tulerunt a cesare. ut antipatrem in exilium
daret. vel si mallet morte dampnaret.
quo nuntio paululum recreatus est. cumque po-
mum quo libenter vescebatur poposcisset. cultel-
lumque ad incidendum poposcit. statimque cum
tussi violenta distenderetur. circumspiciens
ne quis arbitrium impediret se percussurus
dexteram sustulit. sed achiabus consobrinus dex-
teram eius continuit. Statimque ululatus quasi
rex mortuus esset in regia excitatus est. Quo
audito antipater exultans infra promitte-
bat custodibus ut eum solverent. Quod cum acce-
pisset herodes gravius contulit ultionem filii
quam mortem. et continuo missis satelliti-
bus occidit eum sepelirique precepit in hircanio.
statimque mutans testamentum archelaum
regni scripsit successorem. ita tamen quod ab augusto
susciperet diadema. De morte herodis et substi-
Post mortem tutione archelai.
filii .v. diebus evolutis mortuus est
herodes .xxxvii. anno postquam a romanis
rex fuerat declaratus. in aliis fortunatissimus
in rebus domesticis infelicissimus fuit. Salome
vero quos occidi mandaverat absolvit. Sepe-
livitque eum archelaus in herodium iuxta ipsius
mandatum regio cultu (?) cenatus infinitis
pompam premittens. Septem autem diebus in
lugendo patre consumptis. epulisque flavis (?)
large omni populo plure exhibitis. qui mos
iudeorum ob expensas funerum multos depau-
perat. candida veste indutus ascendit tem-
plum. variisque favoribus a plebe susceptus
est. sedensque pro tribunali dixit se et a regis
nomine temperari velle. donec a cesare confir-
mata foret successio. promittens quod melior patre
in omnibus appareret. Quo circa alii tributa
levari. alii vectigalia tolli. quidam custo-
dias solvi acclamabant. Postulans (?) autem
archelaus annuens celebratis hostiis erat
in epulis cum amicis. De lite fratrum co-
Orta est ram augusto.
autem seditio que in novis rebus accide-
re solet. Plurimi enim sophistas pro defensione legis
occisos lugebant. omnis fere pontificem quem
herodes pretio creaverat amovendum proclamabat.
Instante vero die azimorum cum turba ab im-
molatione prohiberet pontificem. archelaus
misso chiliarcho verbis eos prius sedare attemp-
tavit. Cum autem iniuriatum remisissent chili-
archum. missa grandi manu satellitum ar-
chelaus circiter .iii. (?) occidit et per vocem pre-
conis omnes ad propria redire commones. Qui ne-
glecta festivitate omnes abierunt. ipse vero
cum nicholao et ptolomeo secretariis patris
sui romam profectus est. salomaque et filios
eius secum duxit. ut cum testamento extre-
mam voluntatem patris sui testarentur.
philippo fratre regni procuratore relicto pro-
fectus est et romam herodes antipas ut de
regno iudeorum cum fratre disceptaret oratore
yreneo per acrimoniam dicendi plurimum con-
fisus. cesar quoque a cesaris optimatibus ro-
manorum partibus prosequendi copiam dedit.
ubique tunc primum gaium ex agrippa et filia
sua natum filium suum adoptivum sedere
iussit. Archelaus regnum sibi debitum asse-
bat et etatis merito et secundi testamenti volun- scdi
tate. Antipas vero primum testamentum debe-
re servari asserebat quod pater quando compos mentis
erat inscripserat. secundum vero nullum fore quia ipsum
pater mentis inops fecerat. Jam et tunc manu
propria se appetierat. Addebat quoque quod archelaus
insignia regni ad cesarem detulisset. cum

ipse corpus rerum gendar ẽ rapuisse. patre
mo ẽ q̃ initia patris sue. VIII. occisorũ
sanguine maculasset. Cesar uero petitionem dif
ferens secum de cogitatis delibabat an aliq̃
regni successorem constitui oporteret. an toti
familie distribui principatum. postmodum cum
litteras varias desiria accepisset iudeos defe
cisse nunciantes. statim quoque mater archelai
mortua nunciatur. **De. IIII. regibus**
e. Eodem sane tempore **iudee.**
IIII. reges in iudea surrexerunt. Nam
in ydumea duo milia veteranorum qui sub
herode militauerant regem creauerant. Sephori
uero galilee iudas filius ezechie latronum
principis olim ab herode capti. dyadema sibi
imposuerat. Trans flumen quoque symon quidam
ex seruis regalibus vastitate corporis fretus
a latronibus rex creatus est. Pastores quoque quendam
procere corporis pastorem in finibus iezrahel
regem sibi constituerant. Ob hec in sinuanda
cesari missus est romam a varo philippus.
duabus tamen incedens de causis. ut et arche
lao subueniret. si regnum herodis distribui
placuisset eius nepotibus partem aliquam
mereretur. Fuerunt et cum eo de uiris
iudeis. L. honorati. qui VIII. iudeorum
rome tunc degentium secum traxerunt ad
cesarem. ante eum finalem captiuitatem
iudei usque dispersi fuerant et erant mandati.
per particulares captiuitates quos cum au
diuit cesar in palatini templo sedit
apollinis cum amicis. Illi uero tirannidem
herodis et filiorum eius in iudeos explicantes
supplicabant romanis ut iudeorum reliquias
miseratione dignas iudicarent. aut ius anti
quum regni sibi restituerent. aut syrie finibus
coniungi aut per romanos iudices iudeam
administrari. **De simulato alexandro.**
e. Eo tempore quidam **XXXV** **XXXIII**
natione iudeus. insidiorum pres
edicatus quem simillimum alexandro herodis
filio quem et pater interemerat. venit in iudeam
instinctu cuiusdam herodis liberti qui omnis

actus regni optime sciebat. asserens sibi regnum
deberi. tum quia maior filius herodis. tum quia
ex parte matris sue mariamnes eum contin
gebat. Cumque plures iudeorum sequaces haberet
romam peruenit. quia iudei rome tunc degentes
uisendi eum studio confluebant. sciscitantibus
qualiter uiuere diceret. aiebat lictores fratrem suum et
alios similes eius morti subiecisse. aristobolum
quoque fratrem adhuc uiuentem metu uel timore l
tere. sed cesar optime uultum alexandri sci
ens. quem dum rome studeret puerum amasius
fuerat. cum prece quoque per disceptantem ple
nius notauerat fallaciam similitudinis didu
tur. misitque latinum qui alexandrum bene
cognosceret ut ad se iuuenem adduceret uitam
sibi pollicens si tante fraudis proditisset auc
torem. Cumque ille confessus esset se talia simu
lasse ad questum risit cesar. suasoremque eius
iussit interfici. illumque alexandrum pro fortitu
dine corporis naui remigum inseruit. **De**
Tandem **diuisione regni iudee**
de consilio senatus cesar herodis mo
narchiam distribuit. mediam partem iudee
scilicet et ydumeam tradens archelao sub nomine
tetrarchie. pollicitus eum se facturum regem si se
dignum probauisset. Mediam uero partem in duas
secuit tetrarchias. cessitque in partem herodis te
trarchie regio transflumen et galilea. Ituria uero
et traconitidis. et aniam uitis philippo desti
nata sunt. fratres est quia archelaus quidem dicitur
monarchus uero nunquam fuit. cum quidam legis
monarchum fuisse nouem annis post
patrem intelligere. secundum opinionem uulgi dictum
et forsan sui iactantiam quia se futurum regem
sed promissum cesaris iactabat. et sic tempore
sunt in iudea. tres fratres cum sedissent tetra
IIII. missibus reuertentium expectauit. **De**
Archelaus **reditu domini ab egipto**
uero non solum in accusatores **XXXV.**
suos. uerum etiam in sibi subditos. cru
delius preter deseuiit. cuius regni anno no
no. angelus domini ioseph ut rediret cum
matre et puero in terram israel. qui rediens

Non memini sic legisse. Dum infantie miracula domini in egipto ui
quo adorabant eum dracones et leones et leopardi et lupi
et quo inclinabat se arbor ut beata maria fructus colligeret
et quo de radicibus arboris fons procedebat ut beata uirgo bi
beret. quod et quia introitu eo in egiptum simulacra egipti corruerunt
libellus habetur quem inter apocriphos iudicetur

HYSTORIA

ab egypto post annos vii. cum audiret quod archelaus pro patre regnabat in iudea noluit illo ire. et amonitus ab angelo ivit in galileam et mansit in nazareth. Huius loco inveniens supra mathim. et archelaum totius regni monarchiam post patrem. et herodem regnante in galilea. Sane archelaus in contumeliam generis sui repudiavit mariamnem fratris sui filiam quam pater dederat ei uxorem. Uxoremque glaphiram filiam regis cappadocie fratris sui alexandri quondam uxorem mortuo alexandro regi iube libie ductam. mortuoque [illegible] eos ubei apud patrem suum in viduitate degentem que cum in iudeam rediisset. nupta archelao iude visa est astante alexandrum sibi et dicere. Satis tibi fuat libitum matrimonii sed rursum reversa ad penates meos et fratri meo impudentius coniuncta es. Te quidem licet invitam recuperabo. Que exposito somnio vix biduum supervixit.

Ubi ibi est fons puteus de quo iesus puer hauriebat et ministrabat matri. dum subditus erat illi.

Porro de infantia salvatoris et operibus eius usque ad baptismum non legitur in evangelio nisi quod lucas dicit duodennem remansisse in urbem et post triduum inventum a parentibus in medio doctorum audientem et interrogantem.

De exilio archelai.

Tandem crebro accusatus Archelaus a cesare advocatur. Quinto enim die priusquam vocaretur. novem aristas plenas et maturas comedi a bobus vidit per sompnium. Cumque accitos vates consuleret. symon esseus quidem aristas annos et boves rerum mutationes interpretatus est eo quod agros arando vertunt et mutarent. Ideoque eum novem annis dixit regnaturum. variis autem mutationibus rerum expertum moriturum. Nono autem principatus sui anno. romam veniens a cesare dampnatus. apud viennam gallie missus est ei in exilium.

De primo procuratore iudee.

Pulsis autem archelai in provinciam redactis procurator illuc missus est a cesare Coponius. qui et quidam cirini collega fuat. cum missus in iudeam censor patrimoniorum. multi saltem iudeorum. et marie quidam galileus symon phariseus increpabat quod preter deum dominos ferent mortales et tributarii fieri romanorum. Coponio quoque procurante iudeam die azimorum cum mos esset nocte media templi portas aperiri. Samarite quidam occulte venientes iherosolimam per cunctas porticus et per totum fanum ossa iecerunt mortuorum. et extunc maiori custodia templi exerceri cepit. et ante diem porte non aperiri. ·f·

De morte augusti

Eo tempore philippus Sephorum reparans iuliam vocavit in honorem iulie uxoris cesaris. Paneas quoque cesaream philippi dixit. Coponio vero romam reverso. successit ei marcus sub quo salome soror herodis defuncta est. Sed et huic successit annius rufus sub quo mortuus est augustus. cum regnasset lvii. annos et menses sex. dies x. ex quibus xiiii. vel xii. annos antonius regnavit cum eo. ·e· Cum enim xl secundo anno regni eius natus esset dominus. qui xv. anno tyberii fuit tricenarius patet cesarem mortuum domino quindecimum annum agente. quidam lvi. tantum annos regni eius ponunt. alii lvii. dimidium annum et dies qui secuti sunt pro anno ponentes. Mortuus est autem anno vite sue lxxvii. apud atellam civitatem campanie. gloriatus se urbem marmoream relinquere. quam latericiam invenerat. et sepultus in marcio campo. ·f·

De tyberio imperatore et valerio.

Successit ei tercius imperator tiberius nero privignus eius iulie filius. qui valerium gratum procuratorem misit in iudeam. qui questum putans pietatem palam vendebat sacerdocii principatum. qui amovens annam hismahele pontificem declaravit. Sed et hunc non multo post abiciens. eleazar anne filium subroga

+ et non nisi quos penitentes uidebat baptizauit

uit. post annum & huic arcens. Simonem insti
tuit. sed & post annum iosippum qui & caiphas.
apposuit iii post annos undecim relinquens
iudeam. romam profectus. reuersus est. cum suc
cessore missus est a tyberio pontius pilatus
sub quo herodes in honorem tyberii tyberiadem
edificauit. De odio iudeorum in pontium pilatum.

h. Eisdem temporibus multos reges a se
euocatos non remisit tyberius. inter
quos archelaum capadocem retinens regnum
eius in prouinciam uertit. et mazacam caput
regni cesaream appellauit. sane pilatus
ierusalem ueniens & statuas cesaris que erant in
signis militaribus inerant secum
ignorantibus iudeis eas in ciuitate consti
tuit. cesareamque rediit. Cumque autem plurimi
de iosolimis ad eum descendissent suppli
cantes de signis amouendis. nam ob legem
iudeorum qui precessant in iudea procuratores
sine signis intrare consueuerant urbem. Sedit
pro tribunali pilatus militesque armatos
circumponens. mortem eis comminabatur nisi qui
euissent. At illi potius eligebant mor
tem. quam patrias leges prophanarent. Admi
rans ergo pylatus iudeorum constantiam in le
galibus institutis. auferri precepit ymagines.
Interim pilatus iosolimam ueniens
uidensque urbem aque penuria laborare
aperuit gazofilatium templi. & ex opibus
templo dicatis aqueductum cepit edifi
care. suscipiens initium torrentis qui sta
diorum. iiii. milium interuallo distabat. Iudei
uero acclamabant ut ab illo opere cessaret.
Ob hoc pilatus multos iudeorum occidit & plu
res sauciauit. Intermissum est autem opus. quia
legacoi iudei legionem accerationis in pilatum ad
tyberium direxerunt. De commendatione
Hoc loco iosephus ponit saluatoris.
i. commendationem domini ihesu. In hunc modum fuit
hisdem temporibus ihesus uir sapiens si tamen eum
uirum nominare fas est. Erat enim mirabi
lium operum effector & doctor eorum qui libenter
audiunt que uera sunt & multos iudeorum &

ex gentilibus sibi adiunxit. Christus hic erat. huic accusa
tione primorum nostre gentis cum pilatus in cru
ce agendum esse decreuisset. non deseruerunt eum
hii qui ab initio eum dilexerant. Apparuit
enim rursus eis tercium secundum quod prophete uel hec alia
de eo futura predixerunt. sed & in hodiernum diem
christianorum qui ab eo dicti sunt & nomen perseuerat & genus.

Anno De baptismo iohannis in principio v
.xv. imperii tyberii cesaris etatis
procurante pontio pilato iudeam tetrarcha
galilee herode philippo fratre eius tetrarcha iturree
et traconitidis regionis lisania abiline sub
principibus sacerdotum anna & caipha. factum est uer
bum domini super iohannem zacharie filium in deserto
baptizans & predicans solatium redemptionis
annunciaret. Et uenit in omnem regionem
iordanis. baptizans baptismo penitentie. quia ad
penitentiam baptizandos mouebat. predicans
futurum baptismum in remissionem peccatorum. preter
assuefactione & baptizabat. dicebat enim.
penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. usque ad hunc
annum tyberii computantur ab adam anni
.v. cc. & xxviij. secundum lxx. secundum ebraicam ueritatem
anno uero tyberii cesaris .xvi. fuit annus iu
bileus. lxxxi. Eodem anno dicunt quidam
ciliadem incepisse quorum ratio hec est. quia sicut
in hoc anno terminata est circumcisio. & inchoauit
baptismus. ita .vi. cepit etas. v. terminata
quidam ab incarnatione domini initium ex
posuit hac ratione. quia sicut sub .v. etate gentilium
fiebat computatio annorum a prima olimpiade
de tali uel tali. ita sub .vi. dicitur. anno ab
incarnatione domini. tali uel tali. Alii a pas
sione eam inchoasse testantur dicentes. v. millia
& vij. quiescentium simul incepisse. In tercio
uero ab imperio tyberii inchoata legitur. uesce
batur autem iohannes cilicio de pilis camelorum
& zona pellicea. quoddam genus locustarum esi
bili uescebatur. et melle siluestri. Tunc ex
ibat ad eum omnis iudea & baptizabantur
in iordane. Uidens autem multos phariseorum
& saduceorum uenientes ad baptismum dixit
eis progenies uiperarum quis ostendit uobis

finge a uentura ira. Facite fructus dignos pe-
nitentie & ne dicatis. patrem hēmus habraham.
q̄r potens est d's de lapidibus istis .i. gentibus signi-
ficatis hys lapidibus suscitare filios abra-
he. Digito autem ostendebat iohannes eis .xii. la-
pides quos tulerunt .xii. duces tribuum israel
de medio iordanis in aridam quorum acer-
uus est in testimonium. quia sicco pede iordanem
transierunt. **De tribus sectis iudeorum.**

Erant autem in iudea tres secte iudeorum
a omnium reliquorum uita & opinione dis-
tantes. phariseí. saducei. esseni. Pharisei cultu
VIII Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini, id est adhuc contumax et in eos conspirans et ad cedem eorum, accessit ad principem sacerdotum, et zelo furoris eum concitante, petiit ab eo litteras ad singulas synagogas iudeorum que erant Damasci, ut eius auctoritate si quos inveniret Damasci huius vie viros ac mulieres vinctos perduceret in Ierusalem. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco. Et subito circumfulsit eum lux de celo, et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris, scilicet in membris meis? Qui ait: Quis es domine? An deus es vel angelus? Ego, inquit, sum Ihesus Nazarenus quem tu persequeris. Durum tibi est contra stimulum calcitrare, id est potentiori rebellare. Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? ac si diceret: voluntatem tuam indica michi, quia paratus sum tibi obedire. Ad quem dominus: Surge et ingredere civitatem et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem qui comitabantur eum stabant stupefacti, audientes quidem vocem ipsius Pauli, nec eius qui loquebatur cum eo, neminem autem videntes, iuxta quod ipse Paulus infra dicit: qui mecum erant lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Et surrexit de terra, et apertis oculis nichil videbat. Factus cecus corpore, qui primo fuerat cecus mente. Ad manus autem illum trahentes manibus, scilicet suis manus eius tenentes, et sicut cecum ducentes introduxerunt eum Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducans neque bibens. In quo triduo creditur a spiritu sancto didicisse evangelium. Unde gloriatur in epistola ad Galathas se non habuisse hominem magistrum dicens: Neque ab homine accepi illud neque didici, sed per revelationem Ihesu Christi. Imponebatur enim ei a pseudo[apostolis] quod edoctus esset ab Anania, non a spiritu sancto. Unde vocabant eum apostolum Ananie. Nec te moveat si quandoque legitur conversio eius facta primo anno dominice passionis, quandoque secundo: alterum de anno usuali, alterum de anno emergente dicitur. Si enim computes primum annum dominice passionis a kalendis Ianuarii qui est annus usualis, tunc secundo anno conversus est Paulus. Si autem computes ab ipso die passionis usque ad sequentem diem passionis anno revoluto, qui est annus emergens, in primo anno passionis dominice conversus est. Erat autem Damasci discipulus quidam, id est christianus, nomine Ananias, et dixit ad illum in visu, id est in visione, dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego domine, paratus tibi obedire. Ad quem dominus: Surge, vade in vicum qui vocatur rectus, et quere in domo Iude Saulum nomine Tharsensem: ecce enim orat. Forsan Iudas erat proprium nomen hospitis sui, vel forsan erat de tribu Iuda, ut sit sensus: In domo Iude, id est in vico iudeorum, vel in domo Iude, id est inter iudeos qui ibi erant. Vicus autem dicitur a vicinia civitatis, ut dicit Rabanus, ut ipse dicantur vici vicinia intra civitatem. Hic tamen et sepe alibi aliter accipitur. Ne timeret Ananias venire ad Saulum quem noverat acerrimum persecutorem christianorum, addidit dominus: Ecce enim orat, quasi diceret: Non est timendus, quia factus est de Saulo Paulus, de lupo agnus. Et ego tibi revelavi ei adventum tuum. Iam enim vidit in spiritu virum introeuntem ad se et imponentem sibi manus ut visum recipiat. Tunc Ananias: Domine,

[illegible]

· De paulo.

audiuit a multis de uiro hoc quanta mala sanctis tuis fecit in ierusalem. et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Et dominus ad eum. Vade quoniam uas electionis mihi est iste. id est uas ~~uas~~ electum et fornace tribulationis probatum ut portet nomen meum coram regibus et gentibus et filiis israel. Et tu quidem baptizabis eum sed non docebis eum. Ego enim solus docebo eum et ostendam ei quanta oporteat eum pati pro nomine meo ut per multas tribulationes probetur uas electum. et mala que intulit sanctis patiatur cum sanctis. Abiit ananias et ueniens ad hospicium pauli introiuit ad eum et imponens ei manus dixit. Saule frater dominus qui apparuit tibi in uia qua ueniebas misit me ad te ut uideas in interiori et exteriori oculo et implearis spiritu sancto. id est spiritum sanctum plenius accipias postea in baptismo. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squame et uisum recepit. et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot. et continuo ingressus synagogas predicabat dominum quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui audiebant et dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in ierusalem eos qui inuocabant nomen istud. et ad hoc uenit ut uinctos eos duceret ad principem sacerdotum. Saulus autem magis conualescebat et confundebat iudeos qui erant damasci affirmans quod hic est christus. Cum autem implerentur dies multi a baptismo pauli. consilium iudei fecerunt ut eum interficerent. Et ex eo quod dictum est. cum implerentur dies multi a baptismo pauli. potest uideri hoc non fuisse in primo aduentu damasci. sed in secundo. quia forte transiit in syriam et syciliam et ibi predicauit et multos conuertit. Postea cum iterum uenisset damascum quia magis suscitauerat inuidiam iudeorum in secundo aduentu damasci. statuerunt consilium ut eum occiderent sed notificate sunt ei insidie iudeorum. custodiebant portam ciuitatis die ac nocte ut eum interficerent non iudei sed ciues. damasci prepositus gentis arethe. custodiebat ciuitatem damascenorum ut eum comprehenderet ad petitionem iudeorum. Sicut ipse apostolus in epistola ad galathas refert dicens. Ad damascum prepositus gentis arethe regis. Discipuli autem eius nocte dimiserunt eum in sporta per murum. Et inde quod in greco non est additum eius. sed dicuntur discipuli simpliciter quia non habebat paulus discipulos sed omnes christiani tunc dicebantur discipuli. quia nondum inuentum erat hoc nomen christianus. elapsus a manibus damascenorum uenit in ierusalem uolens iungere se discipulis domini. id est apostolis. sed omnes timebant eum non credentes quod esset discipulus domini. Tunc barnabas cyprius genere leuites qui ut supra dictum est precium agri uenditi posuit ad pedes apostolorum apprehensum illum duxit ad apostolos et narrauit quomodo in uia uidisset dominum et quia locutus est ei. et quomodo in damasco fiducialiter egit in nomine ihesu. quos autem apostolorum inuenerit in ierusalem ipse in epistola ad galathas ostendit dicens. scilicet petrum et iacobum episcopum iosolimorum cum quibus mansit .xv. diebus sic ipse in epistola ostendit dicens. Deinde post tres annos. scilicet a conuersione mea ueni in ierusalem uidere petrum. et mansi apud eum .xv. diebus. Alium autem apostolorum uidi neminem nisi iacobum fratrem domini. et erat cum illis. scilicet iacobo et petro et aliis discipulis qui erant in ierusalem intrans et exiens per .xv. dies. Deinde uenit in partes syrie et sicilie et ibi loquebatur gentibus et disputabat cum grecis. id est iudeis inter grecos dispersis. Hic autem hystoria pre nimia sui breuitate confundit. quasi totum in ierusalem sit factum ita enim procedit hystorie series. Et erat cum eis intrans et exiens in ierusalem fiducialiter agens in nomine domini loquebatur quoque gentibus et disputabat cum eis. Illi autem scilicet iudei conuersantes inter grecos cum quibus disputabat uoluerunt eum occidere. quod cum cognouissent fratres deduxerunt eum cesaream que ciuitas est palestine. et inde dimiserunt eum tharsum que est ciuitas unde ipse fuit oriundus. postea redit hystoria ad petrum de actibus diuisorum apostolorum agens quidem

fim in hoc.

in intscalari. **De pdicatione pauli.**

Factum e ut pets du pdicando dis-
curret ueniret lidda. inuenit aut
ibi hoiem quida noie eneam paliticum
ab annis .viii. igrabato iacente. Et ait
illi pets. Enea sanet te dns ihc xpc.
surge et sterne t lectu qui pus nec potes
tas de lecto surge. Et continuo surrexit
et uidebant illu omis q hitabant lidde
et sarone et qusi sut ad dnm. Erat au
in ioppe discipla queda xpana. s. q hebra
ice dr tabita grce dorcas. latine aut da
mula ul caprea. Sup marcu tn hem.
qr thabita intptr puella. Vn thabita cu
mi intptatum e puella surge. et ita dui
se s intptatoes nois. H erat plena bonis
opibz et elis quas faciebat. et pcipue i
psuendis uestibz paupm instru laboris
ipendebat. Fctu e au in diebz ill in quibz
petrus uenat liddam ut infirmata mo
reretur. Cuqz lauissz cadau posuert i su
priori cenaclo dom. Et cu lidda essz pe
ioppe discipli audientes qr pets eet lid
de. miserunt ad eu duos uiros dntes. Ne
pigteris uenire usqz ad nos. et n apuert
ei eam. Exurgens au pets uenit cu ill.
Et cu aduenissz duxerunt illu ad cena
clm u iacebat mortua thabita. et ccu
steterunt eu omis uidue flentes et ostende
tes ei uestes quas faciebat ill dorcas.
ut opibz eius ipam opam dedisse osten
dent. et sic petru ad cpassione mouerent.
Eiec pets omis eiecit no tamqz pperam
ad facturus qr uellet alios latere. ut q
magicis artibz ul consilio demonu ad
machinaretur. s magrm suu uolens imi
tari qui filiam archisynagogi suscitat-
us. omis de domo eiecit paucis exceptis.
ul qr n nulli forte aderant uisione mira
cli indigni eiectis omibz foras. Et genu
flexione orauit. et conus ad corp dix.
thabita surge. At illa apuit oclos. et ui
so petr resedit. dans aut illi manu erexit

eam. et cuocans q exierant reddidit eis
eam uiua. Et notu fcm e miraclm per
uniusam ioppen. et multi crediderunt i dm.
Et morat e pets in ioppe multis diebz
ap symone coriariu ul curiariu. ul a
coria. ul a curia. qr forte curial erat. io
dcs curiar. ul parabat coria. et ido ds
coriari. X Vir au quida in cesarea noie cor-
nelius centurio cohortis q dicebat ytalica
qr missa fuat aromana ciuitate q in ytali
a erat. qr romani impatores mittebant
milites suos p ciuitates ad custodiendas
munitiones. et erat religios et times dm.
religios sup gradu timoris. times infra
gradu religionis. pietatis. qr in gdnalitas
censu donor spc sancti gdus pietatis e s
gdum timoris in qntum g religios sup
gdum timoris. i qntu times dm infra g
dum religiois. ut in noie religionis intelli
gas spm pietatis in qua erat religios cu
omi familia sua que religiosa erat et ti
timorata facies elas multas plebi. no ac
ceptor pie. Iste cu essz q hora diei nona. uid
it uisu manifeste. i. manifesta uisione no p
sopnu ul in extasi angelm di introeu
tem ad se et dntem s. Corneli. At ille in
tuens eu timore correptus dix. Qs es dne.
Et ad q angls. Orones et ele tue ascenderunt
i memoriam i gz dei. et nuc mitte uiros i
ioppen et accersi symone quidam q cogno
minat pets. hic hospitatur ap symonem
coriariu quida cui dom iuxta mare tyreni
qr ioppe ciuitas tre pmissionis erat mari
tyreno pxima. et in eius orientali littore
sita. et exprte litoris erat dom symois cori
arij hospitis pet. iste dicz t qd te op
teat face. ecce cornelio dcm e ab anglo. Ex
audite s orones tue. Vn cstat eu tue fidem
huisse. qr in h csonat sci qr nimo fides ue
nit ad opa. et no uice uisa. nodu tn crede
bat xpm incarnatu. qr de tpe incarnatis
erat ignorans an iam icarnatus an adhuc
icarnand. no tn sb erat falsitas fidei

ei. qr cu fidem icarnatois hret salua fide po
tat ee in ambiguo. an uenisst an ad huc
in carne uentur' esst. qr nonullos scorum
prum latuit xpm natu ee pea qm nat'
e ut symeone usq ad .xl. diem natis. non
tn putandum est eos fidem icarnatois
n huisse. qr tpe no e tpo de articlo fidei
imo cu nodu esst eis pdcm ul' inspiratu
qr iam natus esst an ad huc nasciturus. Cu q
discessisst angls a cornelio. uocaui duos
domesticos suos. & milite timente dm.
q. de domesticis no e dcm. qr 2stabat fami
lia eius religiosa ee & timorata. quibz cu
narrasst singla. misit illos i ioppen. Postea
au die it' facientibz illis & appropinqntibz ci
uitati ioppe ul' apparentibz k aliam liuin
ut iam possent uidi de hospicio pet' .s. de do
mo symois coriarij. Ascendit petrus in
superius cenaclm hospitij circa horam sexta
ut in secreto oraret. & p orone comederet. qr
tpe erat comedendi et ipe patiebat' esurie
et parantibz prandiu minists cu ipe eet i
orone. cecidit sup eu extasis. qr deo operante
passus alienatoem mtis ita ut n uteret'
sensibz huanis. & in hac extasi uidit celu
apertum .i. aerem. & de aere aperto descendes
uas qdam uelut lintheu magnu de celo su
mitti in terram; qtuor liniis ul' litus ul' ini
tus que lra iuor e. Diu' au initie sunt
cli molles quibz circuligant pciu icunabul'
fci de stupea ul de serico ad
op' nobiliu. Vi
debat' g ei uas
illd. q. lintheu

Hic e male correctu qr
ua litta ht. initus & e
idem q uitta. & uen' a
miti .i. molli. q. mite l'
molle sit ad ligandum.

.iiii. initiis .iiii. funiculis alligatis i ae
re appensu. & ita dimitti in tra. & in eo ee
omnia gnia aialiu quadrupedia. & tre spen
tia. et cu esuriret facta e uox ad eum.
Sge comede petre macta & manduca. Ac
si dicet ei in spu. tu si ad gentes & occide
i eis uicia & sic ecam i corpa. Absit igit
dne qr nunq manducaui comune .i. imu

du omne. & e ydyoma hebreoz reputantiu ci
bos imundos quibz comuniter utebant' gentes.
vn uocabat 2unes .q. imundos. Abhoruit g
petr' qr dcm e ei manduca. qr ostensa fu
aut ei qdrupedia & spentia k lege imunda
qr gentes uidebat' ei uti cib in lege phibitis
& maxie timebat rephensione iudeoz
si uteret' cib gentiliu. & io cu ita abhorret.
fca e uox ro ad eu dicens. q. ds pificauit
tu ne dixis. qd' 2stat ei spali' dcm fuisse
de gentibz in di psentia l' psciam p fidem
purificatis. de quaz pificatioe instrueb'
at petru uox pma fca ad eu dicens. Oc
cide & manduca. Nam cu ostensa fuisset
ei spentia tre 2stat ea no fuisse a do sci
pificata n alicubi siu iudeo siu gentili ad
comedendu munda. Hanc fcm e ei t' uoce
iterata & tercio uase in terram dimisso. & h
uox tociens fca e p 2mdanda uitate
uisionis. Nam ut dic ambros. In baptismo
l' i catheci simo fit trina introgato .s. c dis
in dm. abrenuncio sathane. uis baptizari.
Silr' trina unctio. In uertice. in scapul'. in
pectore. In bap q fit trina imisio. p' trina
uasis ostensione. receptu e uas i celu.
& du intra se cogitaret petrus q e uellt
h uisio. ecce tres uiri qui fuant missi a
cornelio iqrentes domu symois coriarij
steterunt ad ianua qrentes si symon qui
2gnmiat' petrus hret hospitiu. Et cogita illic
te pet' de uisioe dix ei sps. Ecce tres uiri q
runt te. cam tn cur eu qrent subticuit.
qm ipe ab eis pea qsiuit. qr ad 2suada
humilitate aliqn aplhie sps expte aim
tangit. & expte n tangit. Surge inqt et
descende et uade cu eis nil dubitans qr
ego misi illos. descende. Descendens aut
petr' dix ad eos. Ecce ego su q qritis. Que
ca est p qm uenistis. ad q illi. Corneli'
centurio uir religs ac times dm & testimo
hns ab uniusa gete iudeoz. Rnsu accep
a spu sco ut accsirz te i domu sua & au
dirz uba a te. Intr cu ergo eos i hospitiu

et fuit cum eo nocte illa. Sequenti autem die profectus
est cum illis et quidam ex fratribus qui eum comitati sunt
a ioppe ut ei testes essent. Altera autem die intra-
ab ingressu de ioppe intravit cesaream. Cor-
nelius vero expectabat illos convocatis amicis
suis et suis necessariis cognatis. Amici necessarii dicuntur
qui non desunt homini in articulo necessitatis.
Et cum introisset petrus occurrit ei cornelius
et procidens adoravit eum. ipso gestu corporis
exprimens devotionem mentis. Petrus vero eleva-
vit eum dicens. Surge quia ego homo sum ut tu.
Et cum multi ad eum convenissent cognati scilicet et amici con-
vocati. locutus est eis petrus dicens. Vos scitis
quam abhominabile est viro iudeo accedere ad gen-
tilem. sed ostendit mihi deus nullum hominem immundum esse
propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo
ergo ob quam causam accersistis me. Ad quod cornelius.
A nudius quarta die orabam hora nona in domo
mea ac sederem. Quarta die ab hac hora fuit
innovationem dierum. prima enim die vidit an-
gelum et misit nuncios. Secunda venerunt nuncii in
ioppen. tercia profectus est petrus cum eis. Quarta
et illa nocte remanserunt in via et venerunt
cesaream. Et ecce inquit vir stetit ante me in ves-
te candida et ait. Corneli exaudita est
oratio tua et elemosine tue a deo accepte. Mitte in
ioppen et accersi simonem qui cognominatur petrus.
Et statim misi ad te. et tu bene fecisti veni-
endo. Nunc ergo nos assumus in conspectu tuo omnes
audire et obedire tibi in omnibus quecumque precepta
sunt tibi a domino. Tunc aperiens petrus os suum dixit.
In veritate comperi quia non est personarum accep-
tor deus. Non discernit inter iudeos et genti-
les sed in omni gente qui timet eum et operatur iusticiam
acceptus est illi. Vos scitis quia iohannes predicavit
ihesum a nazareth. Scitis et quod factum est verbum
id est evangelii predicatio per universam iudeam. incipi-
ens a baptismo iohannis quo baptizatus est ihesus. postea
quomodo unxit eum deus spiritu sancto et vir-
tute. qui pertransiit benefaciendo et sanando
omnes a diabolo oppressos. Et nos testes sumus
omnium que fecit in regione iudeorum et quem sus-
penderunt in ligno. et tercia die suscitatus est
a deo. cui nos testes sumus qui manducavimus et
bibimus cum illo postquam surrexit a mortuis quibus
precepit predicare populo et testificari. quia ipse est
qui constitutus est a deo per se iudex vivorum et mor-
tuorum. quia pater dedit illi omne iudicium. non nos
soli sed et omnes prophete testimonium illi perhibent.
quod omnes per nomen eius remissionem peccatorum acci-
piunt qui credunt in eum. Adhuc loquente pe-
tro verba hec cecidit spiritus sanctus id est descendit repente
super omnes qui audiebant verbum. Utrum autem in
igne vel in alia visibili specie descenderit
incertum est. Et obstupuerunt qui erant cum petro
fideles de circumcisione. quia et in nationes id est in
gentiles gratia spiritus sancti diffusa est. Audiebant
illos loquentes linguis et magnificantes deum.
Tunc dixit petrus. Numquid aquam quis prohibere potest ut
non baptizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut
et nos. quod maius est quam baptizari. Et iussit eos
baptizari in nomine christi. Sciens formam baptismi
traditam a domino pro dilatatione nominis christi. unde in nomine
ipse intelligitur qui est unctus et pater a quo unctus et spiritus
sanctus quo est unctus. Tunc rogaverunt eum et man-
sit rogatus. cum eis aliquot diebus in quibus credendum est
visus fuisse cibis gentilium. Unde postea reprehen-
sus est et dilatatum est usque et delatum usque ad
fratres qui erant in iudea. quod gentes receperunt ver-
bum dei et hoc fuit primus introitus predicationis
apostolorum ad gentes in quo conversus est cornelius cum fami-
lia sua. Cum autem ascendisset petrus iherosolimam XI
disceptabant adversus eum fideles ex circumcisione
dicentes. Quare introisti ad gentes preputium habentes et
manducasti cum illis. quasi diceret. In duobus contra legem fe-
cisti. scilicet quia intrasti ad eos et quia cibis eorum usus es.
Tunc incipiens petrus exposuit eis per ordinem
ostensam sibi visionem et que apparuerat cor-
nelio. et in tota prosecutione non addidit nisi
unum verbum non dictum est cornelio. et accersito
ne qui cognominatur petrus. non addit qui loquetur tibi
verba in quibus salvus eris tu et universa domus tua.
Et ex eo quod statim subdit. cecidit spiritus sanctus super eos
sicut et in nos ab initio. plurimum quod super corne-
lium et familiam suam descendit spiritus sanctus in lin-
guis igneis sicut descenderat die penthecostes super

apostolos. Et tunc iterum recordatus sum verbi domini quod nobis
dixit. Iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem
baptizabimini spiritu sancto. Videns hec impleri in
Cornelio et in familia sua, audita petri excu-
satione multiplici destiterunt ab increpatione
eius et gratias egerunt salvatori. Et ita imple-
ta est prophetia Iob. Ab aquilone venit aurum
et ad deum formidolosa laudatio. Id est per congela-
tione infidelitatis comparabiles aquiloni qui in tene-
bris erant, id est in cecitate anime perceperunt lucem
fidei, per quam illuminatione dirigentur ad deum
formidolosa laudatio. Quia propter inopinata et re-
pentina gentium conversione fideles de iudea
timentes glorificaverunt deum. De philippo.

Nunc redit hystoria ad ordinem suum. Quod
enim intersunt de philippo, petro, iohanne et
paulo postea quam ... est. Igitur qui dispersi erant
pertransibant evangelizantes verbum dei, quod inci-
dens fuit per sequentiam gestorum in hunc modum. Et illi qui dispersi
erant a tribulatione que inceperat a morte stephani
perambulaverunt usque ad fenicem provinciam syrie
occidentalem et cyprum nemini loquentes ver-
bum nisi iudeis solis. Erant autem cum eis quidam
de cypro et cyrene. Qui cum intrassent anthyochiam
loquebantur ad grecos annunciantes dominum iesum. Et erat
manus domini cum eis et multus numerus credentium conversus est
ad dominum. Super hunc locum dicit Beda quia per revelationem
sydonis cepit ecclesia esse. Unum continet quod spem
sydonis vel lintei vidit petrus in visione cum
alibi dicantur vas fuisse, alibi discus. Quod de la-
tum est ad aures ecclesie que erat iherosolimis de conversi-
one anthyocenorum et volentes plene certifi-
cari miserunt barnabam in anthyochiam. Qui cum
venisset et videret gratiam dei gavisus est et exhor-
tatus est omnes ut in proposito cordis manerent in
domino, quia erat vir bonus plenus spiritu sancto et fide. Et
dicit super hunc locum rabanus in ea opinione fuisse quod
de barnabas ille sit qui appellatus est sors cum
mathia, postea cum paulo in apostolum electus est
nos alia sequimur. Videns autem barnabas quod
non sufficeret ad erudiendam tantam multitudinem
venit tharsum ut quereret saulum et inventum
perduxit anthyochiam et per annum conversati sunt
ibi et docuerunt turbam magnam. Et tunc primo sequaces
christiane religionis a christo capite denominati sunt christiani,
qui prius dicebantur discipuli. Et fuit nomen illud gentibus
satis elegans. Visum est enim ingenium et inde
ceteris gentilibus ad fidem conversis sequaces religionis chri-
stiane eorum nomine censeri, sed potius denominandos
esse a nomine magistri, sicut in sectis philosophorum sequaces
denominabantur a nominibus magistrorum ut ab epycu-
ro epycurei. In diebus autem hiis supervenerunt
prophete ab iherosolimis antiochiam, et surgens ex
eis unus nomine agabus prophetavi per spiritum famem
futuram in universo orbe terrarum, et maxime in iu-
dea, que facta est sub claudio in quarto anno claudii.
Tunc proposuerunt discipuli facere collectam ut daret
unusquisque pro modulo sue facultatis et mitterent
ad pauperes qui erant in ierusalem. Qui venditis omnibus
posuerunt pretia ad pedes apostolorum ut premunirent
eos contra famem. Et tunc primum collecta facta est in usus
pauperum, que missa est per barnabam et paulum
in ierusalem. Eo tempore misit Herodes rex manus ut VII
affligeret quosdam de ecclesia et occidit iacobum
fratrem iohannis gladio. Ut autem locus iste intelligatur
de quo scilicet herode sit hic accipiendus, expedit ad
tempus hystorie ~~...~~ actuum et per sequentiam hystorie ro-
manorum imperatorum. Non est putandum hunc fu-
isse herodem tetracham qui coniunctus est anti-
pas, sed herodem agrippam. Ille enim non fuit rex
sed tetracha. Iste scilicet filius magni herodis qui consen-
sit pylato de nece domini, qui remisit ad pilatum
ihesum indutum veste alba, qui iam deportatus
fuerat in exilium viennam et mortuus est ibi. Pilatus
quoque iam mortuus erat, quia ut a principio huius hystorie
pretaxatum est, anno xix. imperii tyberii cesa-
ris procuratore iudee, vitellio preside syrie,
accusatus est et missus ad tyberium. Accusatus est
enim a iudeis de violentia in innocentium inter-
fectione. Ista herodes magnus fecit turrem firmam
acceptus anthoniam in loco gazophilatii in qua ex
est et quia ... stola illa debuit servari et sic ta-
iudeis liarte retinuit sub stolam illam
reclamantibus ponebat ymagines gentilium
in templo. Accusatus est et quia pecuniam repo-
sitam in corbonam redegerat in suos usus. Unde

De philippo.

facies aquaeductum in domum suam. Propter haec omnibus
deportatus est in exilium Lugdunum, unde oriun-
dus erat, ut ibi in opprobrium gentis suae
moreretur. Vide quia in musach erat archa in qua
reponebantur donaria regum vel principum. Cor-
bona in qua reponebantur donaria sacerdotum
ad reficienda sartatecta templi. Gazophi-
lacium in quo repo. do. transeuntium. De obi-
tu herodis.

Mortuo pilato substituit vitellius fratrem suum procura-
torem iudeae et volens placere iudeis satisfecit
voluntati eorum in quibusdam, scilicet de commutatione
cayphe et promotione filii anne. Quia ad eorum pe-
titionem amovit caypham a sacerdotio et sub-
stituit filium anne qui iam mortuus erat.
reddidit etiam eis stolam suam, illam scilicet sollempnem et
antiquam, quam debebat habere sacerdos in patre
sua ut ea uteretur in festivis diebus. Pilatus
vero transtulerat eam in domum suam, et cum in festivis
diebus necessaria erat sacerdoti non portabat eam habere
nisi precio intercedente. Tempore tyberii mortuus est
philippus tetrarcha yturee et traconitidis
regionis frater herodis tetrarche. mortuus est et
lysanias tetrarcha abiline. et ita vaca-
bant due tetrarchie. et aspirabat herodes
agrippa ad alteram earum. Erat autem herodes agrip-
pa non magnanimus et bellicosus sed pauperrimus
nepos herodis tetrarche et frater uxoris eius
herodiadis. fuit enim filius aristoboli filii magni
herodis et ipsa filia eiusdem. Disposuit ergo venire
romam si forte posset impetrare a tyberio al-
teram tetrarchiam vacantium. Cumque venisset
romam videns eum tyberius militem strenuis-
simum retinuit eum secum et fecit ut adhereret
filio suo druso cum iam in vita sua concedi-
dat imperium. Non est iste drusus ille qui dormit
maguntie. Erat autem herodes agrippa vir
magne liberalitatis et ut sibi conciliaret animos
magnatorum rome multa expendebat. et
multis debitis se obligaverat. Et ut dicit io-
sephus non fuit homo in mutabilitas fortune ideo
adeo possit deprehendi. Post mihi male contigit ei
quia mortuus est drusus filius tyberii de cuius
morte adeo inconsolabiliter doluit tyberius. ut omnes
a presentia sua amoveret qui familiariter adhe-
serant druso. ne reducerent ei ad memoriam
mortem eius. et compulsus est herodes agrippa redire in
iudeam. et desperans pro nimia paupertate ius-
sit terram ut ibi afficeret se fame et ita moreretur.
est. quod significavit uxor sua sorori eius hero-
diadi uxori herodis tetrarche. que supplicavit
viro suo ut revocaret eum a terra et daret ei
necessaria. et acquievit ei et statuit eum in tyberia-
de et ibi assignavit ei domum et dedit ei necessa-
ria vite. Et quadam die cum esset herodes tetrarcha
in tyberiade et epularetur factus hylarior solito
quia incaluerat mero cepit improperare herodi agrippe
qui epulabatur cum eo beneficia que contulerat ei
quibus liberaverat eum a peste famis. et doluit agrip-
pa ultra modum. et disposuit iterum redire ad ty-
berium si forte inveniret animum eius mutatum. et re-
ditu invenit eum petias et honorifice receptus
est ab eo. et venit cum eo romam. et cum haberet herodes
duos nepotes. alterum de filio druso scilicet tyberium
et alterum de fratre germanico scilicet gaium. volebat sibi
substituere filium filii. quia magis diligebat eum.
Herodes autem agrippa magis diligebat gaium et
familiarius adherebat ei. Unde sibi suscitavit
indignationem tyberii latentem. quia non eam iudica-
bat sed latens odium in corde reservabat. Quadam
autem die cum sederet agrippa in curru cum gaio. levan-
tis in celum manibus dicebat. Utinam videam mor-
tem imperatoris vel importuni senis. s. gai
et te dominum totius orbis qui ydoneus eras impera-
re universo orbi. Et hoc audivit quidam servus scilicet
auriga ipsius agrippe qui post aliquot dies cum
dampno rerum agrippe aufugiens captus est et
vinclatus est. et dum traheretur in carcerem pe-
tiit duci ad imperatorem. dicens quod iam ne lo-
queretur ei quod esset ad eius utilitatem. Et presentatus
est imperatori. Et dixit ei consulto quia sic opta-
vit agrippa mortem eius et dominium gaii. Tyberius
autem non multum curabat verba vinclati et
detrusus est ille in carcerem. et cum sepe instaret
agrippa ut iudicaretur et occideretur. gaudebat
tyberius. Frater sufficiat tibi quod multatur [illegible]

clausus est et ita differebat. Quare ut refert Josephus in omnibus negotiis suis morosus erat. Unde cum statuisset procuratores in provinciis vix aut nunquam mutabat eos. Quod cum semel quaesitum esset ab eo quare scilicet non mutaret procuratores, respondit se in hoc plebeculae parcere. Scientes enim procuratores se ad modicum procuraturos, habituros emungunt usque ad sanguinem et tanto durant gravius quanto brevius, et qui recentes supervenerunt dissipant quaeque invenerunt. Quod ostendit exemplo cuiusdam vulnerati, quem cum iacentem iuxta viam et non amoveret multitudinem muscarum a vulnere, superveniens alter putavit quod hoc omitteret ex imbecillitate et abegit muscas quae operuerant vulnus. Cui ille: Male fecisti, inquit, quia muscae quas amovisti tam plenae erant sanguine et parcius molestabant me; quae autem supervenient recentes acrius pungent me. Sic et procuratores vel officiales recenter substituti acrius in subditos deseviunt. Dum quadam die more solito invitaret Agrippa Tyberium ut exiret auriga suus de carcere, respondit Tyberius ad ipsum non expedire ei, cum in praesentia sua vellet eum vinculatus accusare. Et cum in nullo se constrictus esset, Agrippa testatus est se velle ut exiret et accusaret eum. Eductus ille de carcere arguit eum de crimine laesae maiestatis quod optaverat mortem imperatoris. Tunc autem Tyberius carcerario: Liga hunc. Et intellexit carcerarius hoc praeceptum esse de eo qui eductus fuerat, et ligatum retrusit in carcere. Quadam autem die dum deambularet Tyberius in ypodromo, id est domo equorum, et teneret Agrippam per manum, vocato carcerario dixit ei: Liga hunc. Et miratus est ille et nunquam nisi quod praeceperat Agrippam ligari cum purpuratus incederet, quia erat de regio semine. Cum autem duceretur Agrippa ad carcerem, patiebatur intolerabilem sitim quia splendide cenaverat, et forte occurrit portitor aquae et dedit ei bibere. Et postmodum refocillatus est, promisit ei quod in prosperis remuneraret eum in regno Gaii, confidens quod Gaius in proximo esset regnaturus. Et positus est in carcerem. Et dum quadam die in carcere positus staret iuxta arborem cuius frondibus insedebat bubo, accessit ad eum unus de concaptivis et locutus est ei: Noli, inquit, existimare quod adulando loquar tibi, cum sis concaptivus meus. Volo tibi indicare et quod indicavit mihi

dominus. Erat enim peritus in auguriis. Cito, inquit, liberabis a carcere et intantum sublimaberis ut invideant tibi omnes amici tui et noti, et in hac prosperitate morieris relinquens bona tua filiis tuis. Quando cito autem huius generis alitem videris super te amplius, scito quod quinto die morieris. Cum esset Herodes Agrippa in carcere, deferebat ei dominus carceris honorem, sciens eum esse virum nobilem et familiarem Gaii, et sustinebat tamquam ignorans multas commoditates quae fiebant ei in carcere ab amicis suis. Et fuit in carcere per xx menses. Postea cum Tyberius esset apud Campanias coepit infirmari infirmitate qua postea mortuus est. Et si in cronicis aliter legatur mortuus, non est curandum ubi mortuus sit. Videns autem se moriturum, convocatis nobilibus imperii sui et duobus nepotibus suis Gaio et Tyberio, statuit ut in crastino substitueret sibi successorem. Sed prius voluit consulere numen deorum, et oravit deos suos ut intimarent ei quem nepotum suorum vellet ei substitui in imperio. Et statuit apud se ut illum qui prius veniret ad eum in crastino constitueret imperatorem, ut illum quasi per sortem eligeret. Tunc significavit Tyberio ut prius veniret, qui mane voluit venire nec prius. Et cum mitteret Tyberius nuntios ad nepotes suos, non invenerunt nisi Gaium, et venit Gaius prior ad Tyberium. Quem videns Tyberius flevit amare, dolens quod alter non venerat quem volebat substituere, quia tenerius eum diligebat. Dissimulabat tamen et locutus est ad eum Tyberius: Fili, tu succedes mihi in imperio, quod potius debebatur Tyberio, qui est hereditarius tamquam filio filii. Sed et video te utilem imperio et novi mentes deorum. Cave quod ne molestes eum, sed semper habeas eum tamquam fratrem. Satage ut negotia imperii sapienter disponas et obsequias futuris meis imperiali honore perficias. Et convocatis nobilibus denuntiavit eum imperatorem, et mortuus est. Et statim insonuit fama aliquantulum in civitate romana de morte Tyberii. Et venit quidam hebraeus amicus Herodis Agrippae ad carcerem et hebraice dixit ei: Mortuus est leo. Et coepit Agrippa mirabiliter exsultare, adeo ut quaereret ab eo dominus carceris quae esset causa tantae exultationis. Et confessus est quod ille significaverat ei hebraice mortem Tyberii. Et statim dominus carceris liberavit eum et statuit eum

sed collaterales in mensa. In estiuo insonuerunt
alij rumores .s. quod tyberius conualuit & ter-
cia die romam uenturus erat. Tunc arguit
eum dux carceris quia deceperat eum timens ne in
caput eius redundaret quod liberauerat eum & mi-
rabiliter ligauit eum & retrusit in carcerem.
Postea inceperunt certi rumores de morte ty-
berij & substitutione gaij. Et uenit gaius romam &
sepeliuit tyberium honorifice & ipsa die uo-
luit liberare agrippam. sed dissuasum est ei ne
uideretur factum tyberij in irritum subito uelle re-
uocare. Postea post aliquot dies liberauit eum et
sublimauit. dedit que ei duas tetrarchias
.s. tetrarchiam philippi qui erat tetrarcha
yturee & traconitidis regionis & tetrar-
chiam lysanie qui erat tetrarcha abyli-
ne & imposuit ei diadema & sublimatum
in regem remisit in iudeam. & inuiderunt ei omnes
propinqui eius. & maxime soror sua herodias. que nupta
q̃ in iudicio felici· fuerat infelici, precipue quia habebat nomen regis
quod uir suus qui erat maior natu filius
magni herodis nunquam meruit appellari rex sed
tetrarcha. Persuadebat itaque uiro suo de die
in diem ut iret romam & satageret omnibus mo-
dis ut sibi compararet nomen regis. At ille male-
bat esse in ocio quia opulentus erat. Unde sepe
uxor exasperata dicebat. Pereant opes tue
quia tu magis diligis opes quam honorem. Tan-
dem uictus instantia uxoris iuit ad ga-
ium cum magno apparatu & ipsa cum eo & inue-
nerunt gaium baiis. Herodes autem agrippa qui pre-
sens erat cum uidisset quod non pro bono suo issent.
disposuit ire post eos. & premisit nuntium qu-
endam familiarem suum & amicissimum gaio per quem
direxit epistolam gaio in qua continebatur quod
herodes tetrarcha & uiuente tyberio firma-
uerat amicitiam cum rege parthorum ut esset
rebellis romano imperio. & in argumentum huius rei
significauit ei quod in ciuitatibus suis habebat arma-
menta que sufficerent .lxx. milibus armatorum. Cum
uenissent herodes tetrarcha & herodias uxor
sua ad gaium & satis honorifice suscepisset
eos. superuenit nuntius herodis agrippe. et por-
rexit epistolam gaio ex parte agrippe. Perlecta
epistola gaius quasi aliunde incipiens cepit que-
rere de statu herodis tetrarche. & inter cetera quesi-
uit ab eo utrum esset in ciuitatibus suis con-
[l. tanta]
ta copia armorum quantam ipse audierat & non
negauit. Tunc credens gaius esse uerum quod signi-
ficauerat ei herodes agrippa. relegauit eum in
exilium. uxori autem sue que erat soror herodis
agrippe quam maxime diligebat. dedit liberam licentiam
redeundi ut haberet terram suam. Ipsa autem con-
tenta est uiuere uirum suum in exilio dicens quod non de-
ceret eum in aduersis cum communicauerat in
prosperis. et deputatum est eorum exilium lugdunum
ubi miserabiliter postea mortui sunt. et dedit gaius
galileam quam habuerat herodes tetrarcha herodi
agrippe. et ita habuit tres tetrarchias. Fuit
autem gaius in initio imperij sui per biennium
satis mansuetus. postea euanuit cor eius in ela-
tione & in tantam uesaniam corruit ut ab
uniuersis hominibus imperij sui uellet coli tamquam
deus & dicebat se fratrem iouis. Unde & filiam uni-
cam quam habebat ponebat inter genua iouis
ut ita quasi communis uideretur utriusque progenies egressa
fuisset de genibus iouis. Misit ergo ymaginem
suam per uniuersum imperium suum ut omnes ad-
orarent eum. & sic fecerunt omnes exceptis
iudeis. Unde in alexandria ciuitate cum esset or-
ta sedicio inter iudeos & gentiles & uenissent
utrique post ad gaium ut discuteret controuersias
inter ceteras allegationes quas habuerunt gentiles
contra iudeos. hoc obiecerunt eis quod dominum suum quem
conuenit omnes gentes receperant ipsi inhonora-
bant. quia ymaginem gaij nolebant adora-
re. & tunc primo sciuit gaius quod iudei non adora-
bant ymaginem eius. Significauit ergo petronio
presidi syrie. ut poneret statuam suam in templo
ierusalem ut facilius reciperet eam in circumstan-
tibus ciuitatibus. Quod si forte iudei reclamarent
collectis romanis legionibus intraret iudeam
& nemini parceret manibus eius. Collecto ergo ex-
ercitu intrauit petronius iudeam. & uenerunt ad
eum iudei de ierusalem cum amicis herodis agrippe
qui erant precordiales gaio & supplicauerunt

ei ut

ei ut ad hec eos non artaret. quia permitterent se occidi prius. Et parabant iugulos et dicebant quia numquam amplius colerent terram ut sic inedia affecti morerentur. Et ergo petronius non de consilio suo hoc processisse. sed non audebat mandato resistere imperatoris. Videns tamen quia grauem iacturam incurreret gaius tributum si amitteret toti iudee promisit quod opponeret se gaio pro eis. et misit epistolam suam gaio pro eis et uiros honoratos ut desisteret ab hoc mandato. Qui cum uenissent ad gaium non ausi sunt presentare se conspectui eius. sed accesserunt ad herodem agrippam ut subueniret iudeis quia una de tetrarchiis suis scilicet galilea in iudea erat. Tunc herodes inuitauit gaium ut in crastino comederet cum eo. Et cum in crastino esset conuiuio. admiratus est delicias conuiuii et cepit memorare gaius quanta passus fuerat pro eo herodes et uincula tyberii et alia multa. et precepit ei ut quicquid petere uellet faceret. et daret ei. Ait ille rex ei. sufficit michi gratia eius. Et cum ille instaret ut aliquid peteret. petiit ut non poneret statuam suam in templo ierusalem. Et iratus gaius tamen considerans animositatem agrippe quia noluerat petere opes uel honores acquieuit ei et scripsit gaius petronio in hunc modum. Si nondum posita est statua in templo non est necesse ut ponatur. et sic non est statua ei in templo posita. Postea resipiscens gaius scripsit petronio in hunc modum. Quia contempsisti mandatum imperatoris et pocius dilexisti munera iudeorum elige tibi quod uis genus mortis ut discant omnes non esse tuum uel tutum obuiare mandato imperatoris. et procurante deo ita factum est ut prius audiret famam mortis eius quam uideret nuncios huius legationis. Cum enim esset rome et rediret a ludis circensibus consilio senatorum interfectus est a duobus. et orta est in ciuitate dissensio inter curiam et milites et populos. Curia dicebantur senatores et uiri consulares. id est qui de gente consulum uel digni ut fierent consules. Quia ergo uiderant senatores seuitiam imperatorum et incommoda que inde contigerant rei publice uoluerunt penitus exstirpare imperium ab urbe et uoluerunt eam redigere in antiquum statum in quo erat ante iulium cesarem ut esset regimen ciuitatis in arbitrio consulum et senatorum. econtra milites et populus timens auaritiam senatorum et amans donatiua imperatorum constituit imperatorem claudium auunculum gaii uirum mansuetum et prudentem.

Tunc uenit herodes agrippa ad senatores duces lectum de nobilioribus qui erant in curia simulans se fauere partibus eorum cum haberet eos exosos propter mortem gaii. Consuluit ergo eis ut significarent claudio mouere tumultum in ciuitate. sed ~~deliberet~~ ab hoc cepto. et professus est se libenter fungi hac legatione. et missus est ad claudium cum aliis. et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus. in aure autem dixit ei ne desisteret ab incepto. quia ipse satageret ut maior pars nobilium faueret parti eius. Et renuntiauit eis senatoribus quod nollet claudius desistere ab incepto et cepit eis persuadere ne contrauenirent quia non possent impedire. et allexit quosdam et tandem omnes. et ita sine contradictione factus est claudius imperator. et ad persuasionem herodis agrippe omnes occisi sunt qui consenserant in mortem gaii. Et petiit ab eo herodes agrippa ut decretum gaii de statua sua adoranda reuocaret in irritum. quia imperatum erat. Et acquieuit ei et precepit ut epistola reuocationis per singulas ciuitates iudee poneretur in loco eminenti ut uideretur ab omnibus. Postea uoluit herodes accipere licentiam a claudio et redire ad patriam. et tunc claudius dedit ei quartam tetrarchiam scilicet iudeam ita sublimatus rediit ad patriam et uenit primo in iudeam et honorifice susceptus est a iudeis. quia in multis iuuabat eos. Et cum prope essent dies azimorum uenit in ierusalem ante diem festum ut purificaretur et mundus interesset diei festo. Et ante diem festum azimorum interfecit iacobum fratrem iohannis gladio. Postea in diebus azimorum uidens quia placeret iudeis apposuit ut apprehenderet petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus. quod cum detrusus esset in carcerem nocte conuertit ad fidem custodem suum. et in crastino confessus est se esse christianum.

sic
desisteret

Et cum traherentur ambo ad martyrium, dixit Iacobo: Pater, da michi peccatorum remissionem. At ille parumper delibans ait: Pax tibi. Et osculatus est eum, et simul ambo capite truncati sunt. Petrum autem apprehensum misit Herodes in carcerem, quia in diebus azimorum non licebat aliquem occidi, et tradidit custodibus carceris, tradidit eum quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post pascha eum producere populo, ut ipse populus occideret eum, non ipse Herodes ut Iacobum, quia magis videbatur eis gloriosum si ipsi eum occiderent, quia erat princeps apostolorum. Cum autem in crastino producturus esset eum Herodes, ipsa nocte erat dormiens Petrus inter duos milites vinctus cathenis duabus, que adhuc Rome esse dicuntur. Et custodes iacentes ante hostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit, et lumen refulsit in habitaculo carceris, et miraculose factum est ut solus Petrus videret lumen. Percussoque latere Petri excitavit eum dicens: Surge velociter. Et statim ceciderunt cathene de manibus eius due, scilicet que adhuc Rome esse perhibentur. Et dixit angelus ad eum: Precingere et calcia te caligas tuas. Deposuerat enim cingulum propter molestias carceris, ut tunica circa pedes dimissa temperaret frigus noctis. Unde quidam datum est ex iuris sanctis quod in angustiis licet aliquid relaxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos et prophetas dominos cingulum usos propter afflictionem carnis, et Petrum ad tempus deposuisse cingulum propter molestiam carceris. Et fecit Petrus iuxta mandatum angeli. Et addidit angelus: Circumda tibi vestimentum tuum et sequere me. Et exiens sequebatur eum, et nesciebat verum esse quod fiebat per angelum, id est non putabat ita in veritate fieri, sed ymaginarie ostendi; unde sequitur: Existimabat se visum videre, et hoc sibi ostensum ymaginaria visione. Transeuntes autem primam custodiam, id est custodes carceris custodie deputatos, et secundam, id est quatuor quaterniones, vel primam custodiam, id est primum quaternionem cum suis, et secundam, id est quaternionem cum suis, venerunt ad portam civitatis ferream que ducit ad civitatem, que fuisse putatur in atrio carceris. Carcer enim habuit atrium, et erat in exteriori parte civitatis sive extra civitatem. Et ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum, et continuo discessit angelus ab eo. Non sciebat se in veritate de carcere eductum, quod putabat sed hoc ymaginarie ostensum. Et tunc ad se reversus, id est ad mentem suam, quia fuit in maximo stupore, dixit: Nunc scio vere quia misit deus angelum suum et eripuit me de manu Herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Et considerans venit ad domum Marie matris Iohannis, qui cognominabatur Marcus, ubi [illegible] ubi erant multi congregati cum orationibus ut orarent pro eo. Et cum pulsaret Petrus ad ianuam ecclesie, processit puella ad videndum nomine Rhode. Et ut cognovit vocem Petri, pre gaudio non aperuit ianuam, sed intro currens nuntiavit Petrum stare ad ianuam. Et dixerunt illi: Insanis, scientes Petrum incarceratum esse. Illa autem affirmabat se verum sic se habere. Alii autem ex eis dicebant: Angelus eius est. Super quem locum dicit Ieronimus: Tanta dignitate esse animarum ut unaquaque ab hora nativitatis habeat angelum sibi in custodiam deputatum. Petrus autem perseverabat pulsans. Et cum aperuissent, viderunt eum et obstupuerunt. Et innuit eis manu ut tacerent, vel sub silentio miraculum videret et audiret, vel forte ideo ne clamore gaudentium adventus eius in civitate propalaretur. Et narravit quomodo eduxisset eum deus de carcere et ait: Nuntiate hec Iacobo et fratribus, Iacobo scilicet Alphei episcopo Ierosolimorum, quia alter iam fuerat decollatus ab Herode. Et egressus eadem nocte abiit in alium locum timore Herodis et iudeorum. Crastina autem die post eductionem Petri de carcere erat non parva turbatio inter milites et custodes quidnam factum esset de Petro. Ubi non apparet quod clausum reliquerat carcerem, alioquin non est ambiguum eum evasisse. Herodes autem cum quesisset eum et non invenisset, diligenter inquirens de custodibus utrum nossent quidnam factum esset de eo, iussit eos adduci ad se ut vindicaret in eos. Non tamen vindicavit domino procurante ut solutio Petri nulli noceret. Imminente eum negotio descendit Herodes de Iudea in Cesaream Palestine, proximus Tyro et Sydoni ut noceret Tyriis et Sydoniis quibus iratus erat. Quando

entes sydonii et tyri venerunt ad plastum qui
erat cubicularius herodis et custos thalami
eius quia erat amicus eorum et patronus et eo interpo-
nente reconciliati sunt herodi. Non enim poterant su-
stinere inimicitias regis tam diuturnas. Sequen-
ti autem die herodes vestitus veste regali sede-
bat pro tribunali apud eos et contionabatur ad
eos blande locutus. Populus autem acclamabat
dei voces et non hominis, id est exhibebat ei lau-
des deo debitas non homini et dum adulatoriis
favoribus demulceretur et oblatos sibi divinos
honores non respueret respiciens supra se vidit
imminentem et capiti suo insistentem in fini-
culo angelum id est bubonem mortis ei prenunci-
um. Et tunc ut tradit iosephus inclinavit
se ad eos qui sibi applaudebant et dixit eis. En
ego deus vester morior. Sciebat enim iuxta quod
dixerat ei angelus cum traheretur ad carcerem se in-
fra v. dies post visionem bubonis moriturum. Et
consequenter ut habet hystoria percussit eum angelus domini.
id est facta est super eum vindicta dei. Et per v. dies ventris
dolore cruciatus est et corroduntur intestina vi-
scera eius. Et ita paulatim consumptus a vermibus
exspiravit. Reliquit autem filium qui dictus est agrip-
pa non cognominatur herodes qui adhuc erat rome.
Non habuit totum regnum patris sed partem. Habuit
ad tetrarchiam duarum tribuum et dimidie ultra ior-
danem. Unde legitur quia fideles de iudea imminente
eversione urbis ad admonitionem angeli secesse-
runt in regnum agrippe. Iste scilicet filii herodis agrippe.
Nunc redit hystoria ad ordinem suum et continuatur
eis quod dictum est de collecta facta a fidelibus anti-
ochie missa pauperibus in iherusalem per barna-
bam et saulum. Quia enim interseruit de herode de mor-
te iacobi, de incarceratione et liberatione
petri quia incidens fuit. Postea agit de reditu
barnabe et sauli ab iherosolimis. Hystoria in
hunc modum. Verbum domini crescebat et multipli-
cabatur. Barnabas autem et saulus reversi sunt ab
iherosolimis assumpto secum iohanne qui cogno-
minatur marcus. Post assumptum vel expletum ministe-
rium. Erant autem in ecclesia que erat antiochi-
e prophete eos qui venerant ab iherosolimis prophete et
doctores inter quos erat symon qui vocabatur
niger et lucius cyrenensis et manaen qui erat
herodis tetrarche collactaneus id est eodem cum illo
lacte nutritus. Et possunt idem accipi prophete et doc-
tores. Vel potest ita distingui prophete de futuris,
doctores de preteritis. Et vide quia iste symon
dictus est niger a colore si sit latinum voca-
bulum. Vel si est hebreum dictus est niger quasi ascen-
dens de virtute in virtutem. Niger enim hebraice
interpretatur ascendens. Ministrantibus autem illis
domino et ieiunantibus dixit eis spiritus sanctus. Segrega-
te mihi barnabam et paulum in opus ad quod as-
sumpsi eos. Quo audito consilio spiritus sancti re-
miserunt saulum et barnabam in iherusalem ad
petrum et iacobum et iohannem qui erant ibi.
Qui gavisi sunt audito mandato angeli
et spiritus sancti et ieiunantes et orantes imponen-
tes eis manus in modum ordinandorum. Utrum
autem preter impositionem manuum aliam or-
dinationis sollempnitatem circa eos celebraverunt
incertum est. Nec de ordinatione apostolorum aliud legitur.
Vel quia dominus eis imposuit manus de petro tamen cer-
tum habetur quod antiochie missam celebravit.
Sed potuit apostolis pro ordinatione sufficere quod
dictum est eis a domino. Hoc facite in meam comme-
morationem. Et licet non interfuerit barnabas
et paulus tamen quia postea electi sunt ad apostolatum con-
silio spiritus sancti forsitan in hoc cum aliis fuerunt
privilegiati. Non alia sollempnitas ordinationis
circa eos celebrata est. Et multi in primitiva
ecclesia sine hac sollempnitate ordinationis ad sa-
cerdotium promoti sunt. Multi et laici sine dyaconio
et precedentibus ordinibus sacerdotes facti sunt. Impo-
nentes manus dimiserunt eos. Et ipsi quidem XIII
missi a spiritu sancto eodem duce itineris qui separa-
verat eos a ceteris abierunt seleuciam. Et inde
navigaverunt cyprum. Et cum venissent sa-
laminam predicabant verbum dei in synago-
gis iudeorum propter reverentiam sive dignitatem
eorum. Et habebant secum in ministerio predictum
iohannem qui cognominatur marcus. Et cum per-
ambulassent universam insulam cypri scilicet
usque paphum invenerunt quendam virum

magnum pseudoprophetam iudeum cui nomen
bariesu erat. qui erat cum sergio paulo
uiro prudente qui erat homo magne dignita
tis. Erat enim proconsul. id est fiscus consule. hiis
accersitis. scilicet barnaba et saulo desiderabat
audire uerbum domini. et resistebat elymas
magus. et uide quod aliud est interpretatio alterius
Elymas enim interpretatur magus. et sic commune ma
leficorum nomen appellatiuum est isti. Saulus autem qui
et paulus repletus spiritu sancto intuens in eum dixit.
o plene omni dolo et omni fallacia fili dyaboli et ini
mice omnis iusticie non desinis subuertere ui
as rectas. Nota quod dictum est saulus qui et paulus
uel in acceptione apostolatus primo sortitus est
hoc nomen. ut qui primo a saulo persecutore
dicebatur saulus de superbo factus est humilis. pro
saulus diceretur paulus quod humilis et modicus
uel quia nomen suum interpretando dicit se minimum
apostolorum. Tradunt enim sancti quod a sergio paulo
ad fidem conuerso dictus est paulus. unde hic primo fit
mentio de hoc nomine paulus. Sed origenes dicit quod
semper fuit binominis. dictus scilicet et saulus et paulus.
Videtur xiiii anno a passione domini promotus
ad apostolatum cum barnaba et sortitus paulum uo
cabulum. et xiiii post factus ad magisterium gen
tium. cui satis consonat ecclesiastica hystoria. ubi
legitur preceptum apostolis. ut post passionem per xii
annos predicarent in iudea. xiiii. ceperunt
paulatim transire ad gentes. nondum tamen ex to
to. Postea omnino exierunt de finibus iudee. et
tunc inquit ecce manus domini super te. id est uindicta di
exercebitur in te. Eris enim cecus luminis capi
tis. sic cecus es luminis mentis non uidens ad
tempus solem materialem. quia non uides solem iusticie
per fidem. Et confestim cecidit in eum caligo
et tenebre. et circuiens. id est in modum ceci in circuitu
se iterans querebat quis ei manum daret
ut deduceret eum. Et statim proconsul mira
culo uiso credidit admirans super domini doctrina.
Cum autem papho nauigassent paulus et barna
bas cum eo conuenerunt pergen ciuitatem pam
phylie. et tunc iohannes discedens ab eis reuersus
est ierosolimam. non ueniat cum eis. Et forsan
reprehensibilis fuit causa quare discessit ab eis.
et hec fuit causa dissidii inter paulum et barna
bam quod hebreis infirmus. Paulus uero et barna
bas uenerunt anthyochiam pisidie. Quod addi
tum est ad differentiam alterius antyochie que dicitur
antiochia syrie quam nos ad hoc uocamus an
thiochiam que olim dicebatur reblata. et
ingressi synagogam die sabbati sederunt. quia
audita lege non predicauerunt. Post lectionem autem legis
prophetarum dixerunt ad eos principes synago
ge. uiri fratres siquis in uobis est sermo exhorta
tionis dicite. Surgens autem paulus et manu
indicens silentium aggressus est facere grande
sermonem inchoans ab altiori iure. uiri
inquit israelite et qui timetis deum de genti
bus audite. Deus plebis israel patres nostros ele
git et exaltauit plebem cum essent incole
in egipto fuientes in luto et latere. de qua
eduxit eos in manu forti. et xl annis susti
nuit mores eorum in deserto. postea introducens
eos in terram promissam destruens vii gentes
que habitabant in terra sorte distribuit eis ter
ram. quasi post cccc annos. et intelligendum est a na
tiuitate ysaac. a cuius natiuitate usque ad exitum israel
de egypto effluxerunt anni cccc v. postea
completis xl annis in deserto et duobus in terra
chanaan diuisa est terra a natiuitate ysaac usque
ad diuisionem terre fluxerunt cccc l anni
et post cccc l annos dedit iudices populo suo.
quod exinde fuit populus dei sub iudicibus usque ad tempus
samuelis. et exinde postulauerunt regem. et dedit
eis saul. qui regnauit annis xl computans
simul annos samuelis. Sic enim habetur in cro
nicis hebreorum. et eo sublato de medio suscita
uit eis dauid regem cui testimonium perhibens
ait. Inueni hominem secundum cor meum. ex cuius
semine suscitauit deus ihesum saluatorem israel.
cuius aduentum precursor fuit iohannes. uiri inquit fratres
filii generis abraham et qui inter uos de gen
tibus timentes deum uobis spiritualis uerbum sa
lutis hoc missum est. Qui enim habitabant ierusalem
et principes eius hunc ignorantes esse ihesum. et ignoran
tes uoces prophetarum que per omne sabbatum leguntur

aduidicantes eū morti eas impleuerunt nescientes. Ds uō suscitauit eū a mortuis tercia die qui uis' ē p. xl. dies hys q̄ simul ascenderant cū eo de galilea in ierlm qui nc ē testes ei' ad plebem. Et nos uob annūciam' eā que ad pr̄es nr̄os repromissio f̄ca ē qm̄ hanc ds adimpleuit filiis nr̄is resuscitans ihm. Notū g̃ sit uob fr̄s. quia p ihm remissio peccoꝝ uob annūciat' ab omībꝫ pc̄tis quibꝫ ñ potuistis in lege moysi iustificari. qui c̄dit in hūc iustificatur. Videte g̃ ne sitis ꝯtemptores ne ueniat sup uos uindc̄a dī q̄ ꝯtemptoribꝫ cominat' in hc̄ modū. Videte ꝯtemptores ⁊ admiramī ⁊ dispdemini. i. uidentes admirabimī ⁊ dispdemini. qr op' opabor in diebꝫ ur̄is q̄ nō credetis. i. qui nō c̄detis opi q̄ opabor in diebꝫ ur̄is. s. incarnatōm. Exeuntibꝫ aū ill' rogabant ī sequēti sabbo ut loq̄rentur ad h̄ in synagoga. Et cū egr̄ederentur de synagoga multi iudeoꝝ ⁊ aduenaꝝ. i. gentiliū. ul' iudeoꝝ de dispsione uenientiū. l' inuocantiū secuti s̄ paulū et barnabam. Sequēti uō sabbo fere uniu'sa ciuitas ꝯuenit ut audiret u'bū dī. qd̄ uidentes iudei repleti s̄ zelo īuidie quo ꝯcitati ceperunt ꝯtdc̄e hys que a paulo dicebant' blasphemātes. blasphem' enī est qui ex īuidia obloq̄r u'itati. Tūc repleti s̄ zelo dei barnabas et paul' ⁊ dixerunt ꝯstant'. Vob oportebat p̄mū loq̄ u'bū dei. ut̄ u'bū dei dixēs. Non sū missꝰ ñ ad oues que pierūt dom' isr̄l. Sꝫ qr repellitis id ⁊ indignos uos facitis. ecce ꝯūtim̄ ad gt̄s. Et nō cū h' l̄c hoc dc̄m dē paulo ⁊ barnaba in anthyochia psidie que nō ī iudea ē. sꝫ ingt̄ia in plerisqꝫ locis l̄c ab aplis dc̄m ī iudea. s. cū uellet tr̄siire ad gt̄s. p'q̄ p. xii. annos p̄dicatū ē in iudea. ecce non moueat te. qr ut'biqꝫ potuit dici. Sic enī p̄cepit uob ds. Posui te in lucē gentiū ut sis eis in salutē usqꝫ ad ext'mū t're. ⁊ ē in ysaia u'ba pr̄is ad filiū. ac si dc̄ret p̄r filio. Misi te ī tenebrꝭ infidelitatis ut usqꝫ ad t'minos

t're gentibꝫ dissemīares lucē u'itatis. Sꝫ cū spūalr' dc̄m sit xp̄o nō ē ꝯūm q̄ hic legit' dc̄m paulo. Dūit enī qr tanta ē unio capitis ⁊ m̄broꝝ. ut q̄ dc̄m ē capiti ⁊ m̄ebra dc̄m reputet' ē. Sic cap' xp̄c psecutōem m̄broꝝ reputat ē īflictam ita dicēs. Saule saule q̄ me psequēris. Audientes aū gt̄s mutionē de salūe sua gauise s̄ ⁊ glificabāt dn̄m ⁊ c̄diderunt multi ex eis. Iudei tn̄ zelo ī uidie succensi ꝯcitabant mulres religiosas ⁊ p̄marios ciuitatis ⁊ excitabāt psecutōem in paulū ⁊ barnabam. ⁊ eiecerunt eos de finibꝫ suis. At illi excusso puluē pedū ī eos q̄ p̄ceptū dō' in euangelio ur. uenerūt yconiū ⁊ ingressi s̄ ciuitatē locuti s̄ in synagoga. ⁊ c̄didit copiosa multitudo iudeoꝝ ⁊ grecoꝝ. ⁊ demorati s̄ ibi multo tp̄e fiducialr' p̄dicantes dn̄o p̄dicatōm eoꝝ miraculis ꝯfirmante. Nō nulli tn̄ de iudeis ī incr̄dulitate p̄manētes ꝯcitauerūt ad iracūdiā aīos gentiū adu'sꝰ c̄dentes. Et diuisa ē ciuitas quibꝫdā fauētibꝫ iudeis. aliis fauentibꝫ aplis. Et cū f̄cs esset impetꝰ gentiliū ⁊ iudeoꝝ cū p'ncipibꝫ s' ut ꝯtumelus afficerent aplōs ⁊ lapidarent. i. lapidibꝫ fatigarent eos. ⁊ ꝯfugerunt ad ciuitates lycaonie. s. lystrā ⁊ derben. Et cū h' dc̄m sit uenerūt lystram ut' consequētia' km̄ motus ī seqūti ū dē. erat quidā īfirmus lystris. dicendū fuit lystre potꝰ. sꝫ p̄ h'ec nomē ciuitatis multiplicē declōnē ut dicat' lystr lystre. ul' lystr lystre. ul' lystris indeclinable. Vn̄ seq'. ⁊ erat uir quidā lystris q̄ grō ꝯsonat ū hic. Paul' ⁊ barnabas morabant' in lystris. Erat aū uir iste infirmis pedibꝫ claudꝰ ex utō matrꝭ sue ⁊ sedebat qr ū stare ñ amblare poterat. nec unq̄m amblauerat. Hꝫ audiuit paulū loquentē. q̄ intuit' paulꝰ ⁊ uidēs spū sc̄o reuelante qr hr̄et fidem ut saluꝰ fiet. sꝫ tantā q̄ ad salutē sufficeret. ul' uidens qr se sanandū c̄deret. dix' mag' uoce. In noīe dn̄i nr̄i ihu xp̄i surge. sup pedes tuos rectus. ⁊ statim exiliuit et amblabat. Turbe aū cū uiderent q̄ fecerat paul'. putabant ipm ⁊ sociū suum

barnabam deos esse in forma humana eos ap-
paruisse. Et levaverunt vocem dicentes: Dii simi-
les facti hominibus descenderunt ad nos in terram.
Et vocabant barnabam iovem quia senior esse vi-
debatur. Paulum vero mercurium quia semper iuxta
eorum opinionem iovem comitabatur. qui elo-
quentie et litterature fuisse fertur. Et facundiam
hominibus prestare putatur. Unde mercurius quasi me-
XIIII dius currens inter aures et linguas a la-
tinis dicitur. agyus vero hermes quasi interpres dicitur. Sa-
cerdos vero qui erat in civitate voluit sacrifica-
re barnabe et iovi afferens tauros ad im-
molandum et coronas. vel ad ornandum faciem
templi iuxta ritum gentilium. vel ut capitibus
eorum poneret ad ornatum. aut pro alia aliqua
religione nobis ignota. Quod autem audierunt paulus
et barnabas quod divinos honores vellent eis
exhibere. sciderunt vestimenta sua quod semper facie-
bant iudei. audita in deum blasphemia. Et
prohibuerunt sacerdotem talia facere dicentes se esse homines
mortales. qui potius venerant ut eos revo-
carent ab ydolatria. et vix sedaverunt turbas
ne sibi immolarent. Demorantibus autem eis et doce-
tibus in lystris supervenerunt ab yconio et anthy-
ochia iudei et concitatis turbis in persecutione
pauli lapidabant eum et eiecerunt eum quasi vi-
le cadaver estimantes esse mortuum. De qua
lapidatione ad corinthios loquens ait. Se-
mel lapidatus sum. postea discipuli eius circumdede-
runt eum assistentes ei. et respiravit. et introdux-
erunt nescientibus iudeis reportantes eum in ci-
vitatem. Et ita factum est et convaluit et postera die
profectus est cum barnaba derben et predicavit ibi
sicut fecerat in lystris. postea redierunt per easdem
civitates per quas ille venerat confirmantes fratres
in fide constituentes in magis civitatibus presbyteros
id est episcopos. quia eo tempore eodem nomine censebantur episcopi
et presbyteri. et per minores constituebant ipse episcopos. quia
erant incogniti et incertum utrum ad eos esset
amplius reversuri. Et cum redeuntes transirent
lystram et yconium. venerunt anthyochiam pisi-
die. transierunt pisidiam et venerunt in pam-
philiam regionem. scilicet in qua est civitas pergen. in qua

locuti verbum domini descenderunt in ytaliam civitatem
et inde navigaverunt anthyochiam unde prius ex-
ierant segregati a spiritu sancto ad predicationem evan-
gelii. Cumque venissent anthyochiam et congre-
gassent fideles anthyocenos revelaverunt eis
quanta fecerat deus in gentibus per eos. Et mo-
rati sunt ibi non modico tempore cum discipulis. XV
Dum ibi moram facerent descenderunt quidam
ad illos iudayzantes. et fuerunt de secta phariseorum
et facta est non minima seditio inter eos et
paulum et barnabam. quia predicabant fidem
absque legalibus ad salutem non sufficere. et con-
sentiebant eis multi veteri consuetudine in-
buti. Et statuerunt ut pro hac lite dirimenda
ascenderent in ierusalem ad maiores apostolos. scilicet ad
petrum et iacobum episcopum iosolimorum. Et ascendit
paulus cum barnaba assumpto tyto. sicut ipse re-
fert in epistola ad galathas. Et qui descenderant
de iudea descenderunt contra eos quidam. scilicet de
heresi phariseorum ad fidem conversi. Qui cum venissent
iosolimam et essent in presentia apostolorum petri et
pauli et iacobi et seniorum surrexerunt contra
paulum et barnabam dicentes. Oportet circumcidi
fideles et servare legem moysi. Et audita intentione
partis utriusque convenerunt apostoli et seniores ut iu-
dicarent super hoc. Et post multam disceptationem
et inquisitionem factam inter apostolos et seniores
surgens petrus probabiliter ostendit non esse imponen-
dum fidelibus iugum legis. quia ipse dei consilio bap-
tizaverat cornelium et gentibus predicaverat ver-
bum evangelii. et deus predicationem eius confirmaverat fi-
de mundans corda eorum. Et antequam baptiza-
rentur visibiliter mittens super eos spiritum sanctum.
nec indigens eis observantia legalium. Quare er-
go nunc temptatis imponere iugum super cervi-
ces discipulorum. quod neque nos neque patres nostri portare
potuimus. Et statim ceperunt paulus et bar-
nabas narrare quanta signa et prodigia deus
fecerat in gentibus per eos. et tacebat multi-
tudo audiens eos. Et facto silentio locutus est
iacobus adhiciens verbo petri. Viri fratres au-
dite me. Symon narravit quemadmodum deus
visitavit gentes vocans eas ad fidem et

APOSTOLORUM

testimonia prophetarum. ⁊ inductis testimoniis
diuersorum prophetarum auctoritate pontificali pro
tulit in diffinitiuam sententiam dicens. propter quod
ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus con
uertuntur ad dominum. sed consulo ut dirigamus ad
eos epistolam ut abstineant se ab ydolatria et
fornicatione a suffocato sanguine. ydolatria siqui
dem in gentibus maxime pullulauerat. fornica
tio quasi nichil esse quedam ⁊ nullius reatus reputabatur
inter gentes. ⁊ ideo specialiter decreuerunt apostoli prohibere
ista gentilibus. Erant ⁊ prompti ad effundendum
sanguinem. ⁊ consueuerunt ⁊ bibere sanguinem im
molatum dis suis specialiter prohibiti sunt a sanguine
effundendo uel bibendo. Quare autem ad litteram
prohibuerunt eis animal suffocatum non est satis per
spicuum. Et placuit consilium beati iacobi apostolis
⁊ senioribus. ⁊ omnium consensu elegerunt uiros
per quos mitterent epistolam cum paulo ⁊ barnaba
iudam. scilicet et sylam ⁊ premissa est salutatio in hunc modum.
Apostoli ⁊ seniores fratres fratribus ex gentibus salutem.
Fuit autem post salutationem hic textus epistole. Audiuimus est
quoniam quidam descendentes de iudea turbauerunt uos
euertentes animas uestras uolentes uestris impone
re ceruicibus iugum legis. ideo de communi consilio decreuimus
eligere uiros et mittere ad uos cum legittimis
uiris nostris paulo ⁊ barnaba. uisum est enim
spiritui sancto ⁊ nobis nil ultra imponere uobis oneris
quam ut abstineatis ab immolatis simulacrorum
et a sanguine suffocato. a fornicatione. a quibus ab
stinentes bene agetis. ualete. Descenderunt igitur
paulus ⁊ barnabas in anthyochiam ⁊ duo
illi missi cum illis. Cumque descendissent congrega
ta multitudine tradiderunt epistolam eis. ⁊ au
dita consolatione de iugo legis non imponendo sunt
gauisi sunt fratres de gentibus. Judas autem ⁊ sylas
cum essent ⁊ ipsi prophete consolati sunt eos. ⁊ multum conforta
uerunt in fide. Notandum est autem hic preterundum quod de pre
fato ascensu suo in ierusalem pro dirimenda lite pre
taxata scribit apostolus ad galathas in hunc
modum. Deinde post annos .xiiii. a conuersione as
cendi in ierusalem cum barnaba assumpto ⁊ tyto ⁊
contuli cum eis euangelium quod predico in gentibus. ex quo
annorum numero colligitur. quod eodem anno quo paulus

ascendit in ierusalem. scilicet .xiiii. a conuersione sua pe
trus ascendit romam. ⁊ eodem anno sedit in ca
thedra episcopali. in qua sedit .xxv. annis. .xiiii. uero
⁊ .xxv. .xxxviii. reddunt. Vicesimo .v. autem an
no a promotione beati petri in sede romana. scilicet
ultimo anno neronis passi sunt petrus ⁊ paulus. et
sic .xxxix. a conuersione pauli. unde colligitur
paulum ad fidem conuersum eodem anno quo dominus passus
est. cum constet petrum ⁊ paulum .xxxviii. anno
a passione domini qui fuit ultimus neronis
passos esse. Si autem quibus legatur paulus conuersus ad
fidem secundo anno a passione domini. intelligendum est
secundo exigenti. tamen eodem usuali sicut alibi deter
minatum est. .viii. ergo anno a passione domini. scilicet
.iiii. anno claudii ascendit petrus romam. et
sedit in cathedra episcopali .x. annis sub claudio
qui regnauit .xiiii. annis ⁊ post eum nero toti
dem annis. Patet autem certum quo tempore sedit petrus
in sede anthyocena. constat enim quia sedit an
thyochie .vii. annis in sede episcopali. quod nescio
de .vii. illorum .xiiii. oportet intelligi. qui a
passione domini fluxerunt usque ad eius promotio
nem in sede romana. post .vii. autem annos quibus
sedit in sede anthyocena consilio domini de ierusalem
ascendit romam. sed in ascensu transiit per anti
ochiam ut confirmaret subditos suos in fide. ⁊ ut
haberet in ciuitatis. substituit euodium in sede
anthyocena. ⁊ in hoc transitu per anthyochiam re
darguitur est a paulo. quia comedens cum quibus
dam fratribus de iudea. timens eos molestare
discernebat cibos. ⁊ ita cogebat gentes iudaiza
re. Unde paulus ait. Cum uenisset cephas anthy
ochiam in facie ei restiti. Eo autem anno quo des
cendit petrus ab anthyochia romam paulo
⁊ barnaba anthyochie remanentibus. Erat
quidam peruasor in iudea qui per uiolentiam se
uolens usurpare potestatem constituendi sum
mum pontificem ⁊ mutandi pro arbitrio suo.
ut posset summum facere sacerdotem. unum uel du
os constituere in eodem anno. ⁊ uidentes iudei quod
non possent resistere ei. petierunt ab eo licentiam
consulendi gaium imperatorem romanum. ut si
eius uoluntate hanc potestatem possent obtinere

alioquin desisterent. et cessit eis. Huius videtur
et cum misisset nuncios romam quod claudius
erat in agrippa filius herodis a imperator fuit.
grippe quem prius decedens in manum gaii dimi
serat eum. Gaius autem differebat eum mittere in
iudeam tamquam dominum. tum propter iudeorum servitia
tum propter teneritudinem etatis eius. Iste audiens
quod causa propter sui ageretur. intercessit pro eis. et obti
nuit. et rescripsit gaius procuratori ut ab
hac exactione desisteret. et destitit. et rescripserunt
iudeis ut super hoc gratias agerent agrippe. ad cuius
intercessionem hoc optinuerunt. Et iudei signifi
caverunt ei ut mitteret eis agrippam et faceret eum
tamquam regem et dominum. Ipse tamen ad hoc distulit. postea
non quando visum est ei misit eum in iudeam. non
tamen reddidit ei totam tetrarchiam patris qui totum
regnum integre optinuerat. sed dedit ei galaadi
tidem regionem. scilicet regionem ultra iordanis tra
duarum tribuum et dimidie tribus manasse. de
dit quoque ei potestatem constituendi summum pon
tificem in ierusalem pro arbitrio suo quod negaverat
predecessoribus. Iste fuit agrippa in cuius regnum suc
cesserunt fideles de iudea imminente excidio
urbis. ab angelo premoniti sicut hymus secundum ma
theum. sed nunc prosequitur de paulo et barnaba
qui adhuc demorabantur in anthyochia. post
aliquot dies visum est eis commodum reverti per ci
vitates in quibus predicaverant ubi non dum et
iudas abierat. syla cum eis remanente et vi
sitare fratres et confirmare eos in fide. barnabas
non volui habere in comitatu suo iohannem qui cogno
minabatur marcus. Paulus autem dixit non esse as
sumendum quia in hac re constitutus nimis tepide
steterat. et quia timore mortis a predicatione
destiterat quando scilicet a pamphylia descendens reve
rsus est ierusalem. ideoque non erat assumendus ad predi
cationem ne alios malo exemplo lederet. Et facta est
dissensio ut discederent ab invicem. et excusat
eos sancti quia non dissenserunt odio commoti. sed a
spiritu sancto adhuc excitati ut divisi in pluribus
locis predicarent et plures lucrifacerent. Barna
bas autem assumpto marco navigavit cyprum.
ex eo autem quod noluit eum ducere presumendum fuisse
ei cognatus. leguntur enim fuisse consobrini. Paulus
quoque profectus est assumpto syla quem deus adhuc remanere
fecerat ut ei compararetur. et perambulabat syriam
et ciliciam. Postea venit in derben et lystram XVI
ubi erant quidam discipuli nomine timotheus filius
mulieris vidue iudee natus de patre gentili
cui perhibebant testimonium religionis omnes fi
deles qui erant lystris. Hunc constituit paulus
episcopum eorum. sed circumcidit eum pro tollendo scanda
lo iudeorum ne scandalizarentur quando haberent
episcopum incircumcisum. non quod legalia post veritatem
evangelii essent necessaria. paulatim tamen non subito iu
deis tollenda erant. et quasi cum honore mater
sepelienda fuit. Postea duxit secum paulus ti
motheum. et pertranseuntes per civitates precipie
bant observari decreta apostolorum et seniorum qui
erant in ierusalem et ecclesie confirmabantur et multipli
cabantur. transeuntes autem frigiam et gala
tie regionem. volentes ire in asiam minorem
prohibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominum.
quia tunc non essent credituri. Noluit ergo spiritus sanctus
sanctum dare canibus et impios de contemptu pre
dicationis gravius dampnari. voluit et has
provincias aliis apostolis reservari. Philippus
autem et iohannes predicaverunt in asia minori
lucas in bithinia a qua sileri a spiritu sancto
sunt prohibiti. et ita due cause redduntur quare
re prohibiti sunt ab his provinciis. scilicet ne sanctum
daretur canibus. vel quia destinate erant
a spiritu sancto aliis apostolis asia minor iohanni
bithinia luce. Origenes vero ait de pri
mitiis et decimis dandis sacerdotibus reddere
rationem cavit. Vides enim quod deus providens ser
vis suis alimoniam corporalem. ab his provin
ciis discipulos propter famem prohibuit propter illam
scilicet magnam famem in qua helena sustenta
vit fratres et pauperes qui erant in ierusalem. que facta
est .iiii.to anno claudii. Ista fuit hec helena
mater constantini. sed regina abigenorum. cuius
amore captus rex abigenorum frater eius duxit
eam in uxorem. et concepit ex eo. et cum nocte
dormiret cum ea et posuisset manum suam super
ventrem pregnantis. audita est vox in hunc

mod. Vide ne legas primum quia magis futurus
est in mundo. Et audita voce hiesu stupefactus
dixit hic uxori sue. Postea primum natum cum sum
ma diligentia nutrierunt. et mortuo patre
adhuc puer factus est rex. et fundator iste in illis.
et hec est causa fundationis quia audiens unum deum
coli a iudeis coluit eundem. et suscepit
circumcisionem et ritus iudeorum. Huius mater hele
na venit in ierusalem et invenit fideles fratres ibi
laborantes inedia quia erat tempore famis. Et
emit frumentum undecumque quia attulerat argenti co
piam ad emendum. et sustentavit fratres qui
erant in ierusalem. Et dum adhuc esset in iudea nunci
atum est ei quod mortuus esset filius eius et statim
rediit et fecit extrahi cadaver filii de sepulchro.
et reportavit in iudeam. Et fecit non longe a
ierusalem extrui duo mausolea. et in altero
reposuit corpus filii. et precepit cum mortua
esset corpus suum in alio reponi. et sic factum est et
adhuc apparent vestigia mausoleorum. et pu
tant multi decepti esse mausoleum helene
matris constantini. De apparitione ma cedonis.

Cum pertransisset mysiam
paulus et socii eius venerunt troadem. Et
ostensa est visio paulo per noctem. Apparuit enim
ei vir macedo. id est angelus illius gentis assimila
tus viro macedoni proprietate lingue vel forma
spirituali stans ante eum et deprecans eum dicens.
Transiens in macedoniam adiuva nos. Ex hoc verbo
videtur homo fuisse non angelus. Non enim egent angeli
humano auxilio dicunt. Sed hic angelus assumpta persona
macedonum. Ut autem vidit visum. statim quesivimus
in proficisci in macedoniam certi facti quod vocasset
nos deus evangelizare eis. Et nota quod dicitur est quesi
vimus. Hic enim primo ostendit lucas se comitem fu
isse pauli. forte nec primo adhesit ei. Unde nunquam
in precedenti ait. venimus. sed usque venerunt et si
milia. Hinc autem primum connumerat se sociis pauli
Vide quia vir dicitur. erat vir macedo stans. super hoc
verbum stans habet glosa modica. angeli semper
stare dicuntur. cum pluries adherentes in antiphona
paschali. sedit angelus emendatur. stetit an
gelus. Sed errant. intelligendum est enim semper in hoc

libro cum legantur angeli sedisse ad monumentum.
Navigantes autem a troade recto autem cursu sa
mothraciam. et sequenti die philippos que est prima
civitas macedonie. id est venientibus a mari.
prima occurrit. et erat colonia. Dicitur autem colonia
civitas illa que defectu indigenarum novis
cultoribus impletur. Unde et colonia quasi a novis
cultoribus vel cultoribus dicitur. Fuimus enim ibi per dies
aliquot. et die sabbatorum egressi sumus extra portam iuxta
flumen ubi videbatur esse locus congruus orationi et locum
vel supplicationi. orare namque accipitur et pro per
orare et pro supplicare. Et sedentes loqueba
mur mulieribus que venerant. et mulier quedam lidda
nomine purpuraria civitatis tiatirenorum au
diebat eos loquentes. Post autem intellige purpuraria
quod vendens purpuram. vel forsitan erat de regio se
mine. vel forte purpuraria quia textrix purpure.
Vel quia vendebat purpuram. Cum autem baptiza
ta esset et eius domus tota deprecata est nos di
cens. Si iudicatis me fidelem. intrate in domum
meam et manete mecum. et invitavit nos coacti.
Adhuc enim abhorrebant intrare domum gentili
um putantes scandalo iudeorum. Factum est autem ut eve
untibus nobis ad orationem obviaret nobis quedam
puella habens spiritum phitonem. Post autem intellige
phitonissa vel per spiritum phitonicum operans ar
te magica vel spiritu phitonico vexata. Hiis
enim duobus modis in sacra scriptura accipitur hoc
nomen phitonissa. ut dicatur que per spiritum phito
nicum suscitationem mortuorum operatur arte
magica. ut que ad petitionem saulis ab infe
ris vocavit animam samuel vel potius per eam
spiritum immundum. Hec autem species artis magice ab
apolline phitonico
inventa est. et ab eius
cognomine cognominata
dicitur et phitonissa que a
spiritu phitonico possidetur
et ea utitur quasi orga
no suo ad divinandum.
quasi hic ponitur accipitur. et erat questuosa dominis suis.
quia multum percipiebant emolumentum ex divi
natione ipsius. Hec subsecuta paulum et eus

Ille apollo et phitius est
vocatus. propter hoc littera vera
est et mala correctio et
hic partim pro hoc quod supra scriptum
quia ars phitonica non
a phitonico. sed potius
a phitio est dicta.

socios clamabat dicens. Isti homines servi sunt dei
excelsi qui annunciant vobis viam salutis. Et
sic clamabat multis diebus forte pro bonum
nature vel potius spiritu sancto spiritum phytonicum ut
per eam bonum loqueretur cogente. Consurgens autem
paulus ipsa per eum clamante dixit spiritui immun-
do. Tibi in nomine ihesu christi exire ab ea precipio. Et
exiit eadem hora quia indignum erat ut ver-
bum eius per eam super mendacem annunciaret. Viden-
tes autem hii domini eius scientes quia maximum in-
sumerent inconmodum apprehendunt silam et pau-
lum et duxerunt eos in forum ad principes. Et offe-
rentes eos magistratibus dixerunt. Isti conturbant
civitatem nostram cum sint iudei predicantes
novam quandam religionem quam non licet nobis sus-
cipere cum simus romani. Jam enim decretum
erat a romanis ut nullus deus de novo coleretur
nisi approbante senatu. Et cucurrit plebs ad- et currit
versus eos et magistratus scissis eorum tunicis eos
virgis cedi et flagellatos miserunt in carcerem.
precipientes custodi ut diligenter custodiret
eos. Qui accepto mandato misit eos in interio-
rem carcerem pedes eorum stringens ligno. Me-
dia autem nocte paulus et silas decantabant
ymnos et adorantes laudabant dominum. Et
dum media nocte orarent subito factus est ter-
remotus. quo scilicet terremotu omnia fundamenta
carceris sunt commota. hostia aperta vincula
omnium qui erant in carcere aperta et rupta. non
solum pauli et sile. sed et aliorum. Expergefactus
autem custos carceris et videns ianuas aper-
tas evaginato gladio quia volebat se inter-
ficere autumans omnes incarceratos aufu-
gisse. Et tunc esset paulus in medio carceris tene-
broso videns hoc in spiritu clamavit. Nichil tibi
feceris mali. universi enim quos custodiebas hic
sumus. Sciebat enim quod ideo vellet manum inicere
quia putabat omnes incarceratos aufugisse.
Et petito lumine amissis intrgressus est custos
carceris et timefactus. tum prolixius quam tria erant
in terremotu. tum quia intellexerat paulus se quereret
velle interficere. procidit ad pedes pauli et sile
et educens eos de carcere ait. Quid me domini oportet
facere ut fiam salvus. At quod illi. Crede in
dominum ihesum et salvus eris tu et domus tua.
Et locuti sunt ei verbum domini et omnibus qui erant
in domo eius. Et tollens eos in illa hora
lavit plagas eorum et baptizatus est. et sic lavit
et lotus est. Cumque duxisset eos in domum
suam apposuit eis mensam et cum omni domo
sua credidit. Et cum dies factus esset. miserunt
magistratus nuncios ad custodes carceris dicen-
tes. Dimitte homines illos tamquam despectos.
Dimittebant autem eos ne plures crederent. quia
iam innotuerat eis miraculum. Et nunciavit
custos carceris verba hec paulo. miserunt ma-
gistratus ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes
ite in pace. At quod paulus. Miserunt nos in
carcerem publice flagellatos licet indempna-
tos homines romanos. id est romanos in imperio sub
- ericerit ectione capitis vivi census oppressos et roma-
na libertate donatos et nunc occulte nos e-
iciunt. quia sic nolumus eici. sed veniant ipsi et nos
eiciant. Et tunc renunciaverunt hec eorum eis timu-
erunt audito quod romani essent. et venientes e-
duxerunt eos et rogabant ut egrederentur de
urbe. et exeuntes transierunt per liddiam et visis
fratribus consolati sunt eos. et inde profecti venerunt
thessalonicam ubi erat synagoga iudeorum.
Paulus vero ut consueverat introivit in syna- XVII
gogam et per tria sabbata disserebat eis scrip-
turas de scripturis predicans christum mortuum
et resurrexisse. et crediderunt aliqui ex
eis. et adiuncti sunt paulo et sile. et multi eorum
non pauce. et de proselitis et gentibus multi-
tudo magna. Zelantes autem iudei et assumen-
tes quosdam malos de vulgo concitaverunt ci-
vitatem adversus eos. et venientes ad domum
iasonis apud quem hospitati fuerant. querebant
eos producere in publicum. et non invenientes
eis putantes eos fuisse occultatos aput ia-
sonem traxerunt iasonem ad quosdam principes
civitatis dicentes. Isti sunt qui orbem concitant
quos suscepit iason et ipsi suscipientes eos fa-
ciunt contra decreta cesaris regem alium dicentes
esse ihesum cesarem. Et concitaverunt principes civi-

contra eos. et accepta satisfactione a iasone et ceteris
dimiserunt eos. forte iason et alii fratres se ne
gaverunt suscepisse eos. vel confessi sunt satisfecerunt.
et per noctem dimiserunt paulum et silam in beroea.
et introierunt in synagogam iudeorum et predicaverunt
id est et multi de beroensibus crediderunt et mulieres
honeste non pauce. Et audientes iudei. qui
erant tessalonice quod a paulo predicaretur verbum
dei in beroea venerunt illuc. et concitantes
multitudinem statim dimiserunt paulum fratres
ut iret usque ad mare. quia magis persequebantur
eum iudei eo quod esset dux verbi. silas autem et thi-
motheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant
paulum perduxerunt eum usque athenas. et videns
civitatem ydolatrie deditam. cito remisit ad
thimotheum et sylam ut venirent ad eum. Venerunt
et disputabant cum paulo epicurei qui po
nebant felicitatem hominis in sola corporis volup
tate. et stoici qui in sola animi virtute et inter se
dissentientes in inpugnatione apostoli unanimiter
consentiebant dicentes. Quid vult seminiverbius iste
dicere. Hic seminator erat verborum sed messor morum.
de hac messione exspectans uberem fructum.
Alii autem dicebant novorum demoniorum videtur an
nunciator esse. et apprehensum duxerunt ad ario
pagum. id est ad vicum martis. in quo scilicet erat tem
plum martis. quia athenienses singulos vicos
denominabant a diis quos colebant. ut vicum in
quo colebatur mars vocabant ariopagum.
quia arioth dicitur mars. vicum in quo colebant
pan panopagum vocabant. et ita a singulis
dyis singulos vicos vocabant. Erat autem vicus
excellentior ariopagus quia erat curia ma
gistratuum. scole liberalium artium. Et cum esset
paulus in presentia phylosophorum. dicebant no
va quedam infers auribus nostris. Possumus scire
que sit hec nova doctrina et posses rationem redde
re super hiis que dicis. Stans igitur paulus in medio
ariopagi dixit. Viri athenienses per omnia
iudico vos superstitiosos. Preteriens enim vidi
simulachra vestra inter cetera autem inveni aram
in qua scriptio cuius erat hec ignoto deo. vel ignoti dei.
ac si diceret. hec ara ignoto deo dedicata est.
singulis enim aris supponebatur tytulus indicans
cui essent dedicate. Hunc inquit deum ignotum cui
hanc aram consecratis ego annuncio vobis. hic est
deus qui fecit mundum et omnia que in eo sunt. in quo vivimus
et movemur et sumus. Quomodo autem hec ara illi deo ignoto
consecrata est. hystoria actuum non prosequitur. ideoque nunc
est supplendum hoc. scilicet dicere. quia dominice passionis tempore vi
dentes phylosophi qui athenis erant tenebras
super universam superficiem terre. non potuerunt causam
invenire in naturalibus causis. tandem ad hoc in
ducti sunt ut dicerent quia deus nature patiebatur et dixe
runt athenienses. Constituamus aram illi deo
et dedicata est ara et suppositus est tytulus igno
to deo. Et cum fierent holocausta et victime illi
ignoto deo dixerunt phylosophi. bonorum nostrorum non
eget. facietis igitur genuflexiones ante aram eius
et supplicabitis ei. quia non querit oblationem pecorum
sed devotionem animorum. Hunc deum ignotum annuncia
bat eis paulus asserens eum mortuum fuisse.
resurrexisse. ascendisse in celum. in fine orbem
iudicaturum. et cum predicaret resurrectionem mor
tuorum quidam irridebant. quidam autem nec recipi
ebant nec respuebant dicentes. Audiemus te
de hoc iterum. et exivit paulus de medio eorum. et
quidam adherentes ei crediderunt. inter quos dyoni
sius ariopagita quem postea ordinavit apostolus
episcopum corinthiorum cuius conversionis modum quia
pretermittit hystoria actuum nunc est supplendum. Iste
dyonisius magister erat in ariopago. et quamvis
ad exhortationem pauli de facili crediderit. tamen
non nisi per longam disceptationem confessus est se cre
dere. Sed post multam disceptationem dum adhuc cum
paulo disceptaret. forte transiit cecus per viam
coram eis et statim ait dyonisius paulo. Si
dixeris huic ceco in nomine dei tui vide et viderit
ego statim credam sine utaris verbis magicis.
quia forte nosti verba que habent hanc efficaciam.
ego scribam tibi formam verborum. hanc inquit for
mam verborum dices ei. In nomine ihesu christi nati de vir
gine crucifixi mortui qui resurrexit et ascen
dit in celum. vide. et ut omnis suspicio tolleretur
precepit paulus dyonisio ut ipse eadem verba
proferret. et in eam verborum formam dixit dyonisius ceco.

ut uidet. et stratim uidit. et dyo. confessus est se
XVIII credere. Et cum post ea paulus athenis et mul
tos conuertisset uenit corinthum et ibi inue
nit quendam iudeum nomine aquilam cum uxore
eius priscilla. quos commemorat apostolus ubi ami
cos suos salutat. isti uenerant de ytalia
nuper. iudeis omnibus ex edicto claudii impera
toris de regno eius exire compulsis eo quod uxo
rem eius agrippinam per nimia familiaritatem
quam habebat cum eis adeo traxerant ad ritus
suos ut iam iudaizaret. hospitatus est paulus
apud aquilam et priscillam. eo quod eandem artem exer
cerent quam ipse consueuerat exercere de proprio labo
re manuum suarum uictum acquirens. scilicet artem sce
nofactoriam. faciebant enim tentoria siue papi
liones quibus necessaria erant indigenis terre propter im
moderatum calorem. uel commeantibus ut dicatur
ars scenofactoria. a scenos quod interpretatur umbra
uel secundum alios a scenos quod interpretatur funis. Erant
autem funiclarii. Et cum uenissent silas et
thymotheus de macedonia ubi dimiserat eos.
predicabat paulus instanter uerbum euangelii. contradicen
tibus illis et blasphemantibus iudeis predica
tionem uerbi quod predicabat dominus. excussit puluerem
de pedibus suis in testimonium illis dicens. Mundus
sum a sanguine uestro. quia quantum in me fuit uo
lui uos reuocare ab impietate. sed quia per
tinaces estis transeo ad gentes. Et migrans in
de intrauit ad domum cuiusdam gentilis nomine titi
cuius domus erat coniuncta synagoge. nec est
intelligendum de tyto ad quem apostolus epistolas scripsit
qui eius fuit discipulus quem et cretensem episcopum
ordinauit. Crispus autem est crispus archisynago
gus cum uniuersa familia sua. ille scilicet de quo
apostolus ait scribens ad corinthios. Gratias ago
deo meo quia neminem baptizaui nisi crispum et
gaium. et multi corinthiorum audientes eius
conuersionem credidit et baptizati sunt. Et appa
ruit dominus nocte paulo per uisionem dicens.
Noli timere sed loquere et ne taceas quia ego
tecum sum. et nemo imponet manum ut no
ceat te. et fuit ibi per annum et vi. menses.
et insurrexerunt unanimiter iudei in pau

lum et duxerunt eum ad presentiam gallionis qui
erat procurator achaie regionis in qua erat
corinthus. et accusauerunt eum quod contra legem predi
caret et ad eos locutus est gallio. Si argueretis
hominem istum de scelere aliquo manifesto super
eum iudicarem. sed quia disceptatio est in lege uestra
non curo iudicare. et uidentes gentiles quod
non fauet procurator parti iudeorum apprehendentes
coram eo sostenem principem synagoge et per
cutiebant eum. et nil horum erat cure procura
tori. Paulus autem cum adhuc sustinuisset dies
ubi multos cum esset in cencris qui est portus co
rinthi. ascensurus nauem ut nauigio ueniret
in syriam. totondit comam quam nutrierat quia
fuit nazareus ex uoto. Nazarei enim cum ex
uoto ad tempus comam nutriebant. completo tempore
uoti radebant et in igne sacrificii ponebant.
Quidam codices habent totonderunt. unde quidam
hic referunt ad aquilam et priscillam. sed augustinus et
ieronimus. ad paulum hic referunt. Et uenit in syriam
ducens secum aquilam et priscillam. et cum uenissent
ephesum. ingressus synagogam disputauit cum
iudeis. et interrogantibus illis ut cum eis am
plius maneret non consensit. sed ualefaciens
fratribus profectus est ab epheso dimittens ibi aquilam
et priscillam. ipse perambulauit galatiam et fri
giam confirmando fratres. Et cum essent ephesi a
quila et priscilla uenit ephesum quidam iu
deus nomine apollo alexandrinus genere. hic fac
dus et potens in scripturis. Iste baptizatus erat
baptismo iohannis et iam credebat christum esse messiam et in le
ge promissum. et recte sentiebat de patre et filio.
sed nil audierat adhuc de spiritu sancto. Et cum uideret
eum aquila et priscilla fiducialiter predicantem
assumpserunt eum et diligentius exposuerunt ei
uiam domini. Utrum autem baptizauerint eum baptismo
non legitur. Cum autem uellent redire corinthum
aquila et priscilla et ceteri fideles qui erant
ephesi. scripserunt fidelibus qui erant corinthi.
ut susciperent eum ne abhorrerent eum tamquam
iudeum. Et cum uenisset corinthum. multum con
tulit fratribus qui erant corinthi. uehementer
enim iudeos conuincebat. unde in textu confirmat

XIX s fres. Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, ut
Paulus peragratis superioribus partibus veniret
Ephesum, et inveniret quosdam discipulos
a Iohanne baptizatos, nondum tamen confirmatos,
quia post baptismum non acceperant manuum impo-
sitionem. Et interrogavit eos: Accepistis ne
Spiritum Sanctum credentes, id est manuum impositionem,
qua sic datur Spiritus Sanctus. Ad quem isti: Sed neque de Spiritu Sancto
mentionem audivimus. Ad quos ille: Solum
sufficit Iohannis baptismus. Et statim baptizati
sunt in nomine domini Ihesu. Et cum imposuisset eis
[illegible] manum post baptismum, acceperunt Spiritum Sanctum et loque-
bantur linguis, et quidam eorum prophetabant
predicantes futura. Erant autem omnes fere
XII. forte XI vel XII erant, et est appositum
fere ad temperationem veri. Et predicavit ibi
Paulus cum fiducia per tres menses disputans
de regno dei. Et prius qui prohibitus fuerat a
Spiritu Sancto predicare in Asia minori, nunc eodem
Spiritu inspirante predicabat Ephesi. Ex quo
patet quam admiranda sunt iudicia dei. Cum
autem predicaret Ephesi, quidam obstinati animo
et in incredulitate pertinaces maledicebant
doctrine eius coram multitudine. Discedens
ab eis segregavit secum discipulos disputans
in scola cuiusdam tyranni, id est nobilis, vel forte
nomen proprium est illius a quo conduxerat domum
in qua docebat discipulos suos tamquam reges
scolas. Et hoc fecit per biennium, et in eodem bi-
ennio scripsit primam epistolam ad Corinthios.
Et fecit deus magnas et multas virtutes per ma-
nus eius, ita ut sanarentur languidi quibus su-
perponebantur semicinctia. Dicuntur autem semicin-
tia vestes tamen ab uno latere pendentia, vel
quedam ornamenta capitis, vel quoddam genus
sudarii quo hebrei utuntur, quo laborantium
sudor abstergitur. Videntes autem quidam exor-
ciste quod ad invocationem nominis Ihesu Paulus eice-
ret demones, excogitaverunt uti eadem forma
verborum ad eiectionem demonum, quia licet per exor-
cismos Salomonis demones eiecerint, non tamen
absque labore multo, sed quibusdam herbis et gem-
mis adhibitis ut tradit Iosephus. Ut ergo Sa-
cerdotis filii eicerent demones adiurabant eos in hunc
modum: Adiuro vos per Ihesum quem Paulus predicat.
Et sic exibant demones ab obsessis. Erant
autem VII filii Sceve principis sacerdotum qui
precipue adiurabant demones in hunc modum.
Et dum in quadam die adiuraret demones ut ex-
irent a corpore obsesso, respondit eis demon: Ihesum no-
vi et Paulum novi, sed vos qui estis? Et insiliens
in eos vulneravit eos. Et increbuit fama per
universam regionem, et incussus est timor
omnibus exorcistis et magis, ita ut non au-
derent demones amplius in hunc modum adiura-
re. Et congregati sunt omnes magi qui per artem
magicam imperabant demonibus, et combusse-
runt libros suos ante pedes Pauli. Postea
Paulus proposuit ire Ierusalem, et inde Romam. Pre-
misit autem Thimotheum et Erastum in Macedo-
niam ad preparandas collectas quas erant de-
laturi Ierusalem ad opem pauperum qui erant
ibi. Ipse autem ad tempus remansit in Asia
minori. Et facta est tempore illo turbatio magna
in Epheso. Demetrius enim quidam argen-
tarius qui faciens edes et ymagines argen-
teas Dyane convocavit eiusdem operis opifices et
locutus est eis in hunc modum: Scitis quod de hoc
artificio multum nobis lucrum comparamus. Paulus
autem predicat non esse deos manufactos. Si ergo in-
valuerit eius doctrina nil amplius lucrabimur, et
etiam templum magne Dyane pro nichilo repu-
tabitur, et maiestas eius destruetur, quam
veneratur universus orbis. Et statim repleti
clamaverunt unanimiter discurrentes per ci-
vitatem: Magna Dyana Ephesiorum. Et rapto
Gaio et Aristarcho sociis Pauli, traxerunt eos
in theatrum, in spectaculum, scilicet in quo rei puni-
ebantur. Et cum Paulus hoc audito vellet venire
in theatrum non formidans obicere se morti,
dissuasum est ei a quibusdam amicis suis, propter con-
ventum populi. Postquam autem cessavit tumultus, vo- XX
catis discipulis et exhortatus discipulos et va-
lefaciens eis, profectus est in Macedoniam, et venit A-
thenas. Ubi cum fuisset tribus mensibus, posite sunt
ei insidie a Iudeis in Syriam navigaturo

De demonibus qui ... [illegible]

scientibus quod desereret collegas. olim cum esset ne-
cius viator non posuerunt ei insidias. Ha-
buit ergo consilium ut reverteretur in macedoni-
am ut ita vitaret insidias. quidam autem de
sociis eius profecti sunt recta via. et precedentes
nos dicit lucas. sustinuerunt nos troade. per
circuitum venientes. nos vero navigavimus
post dies azimorum que est prima civitas mace-
donie. v. diebus venimus troadem. ubi demora-
ti fuimus. vii. diebus. Una autem sabbati cum per-
endinaremus disputabat paulus cum
eis in crastino profecturus. et protraxit sermo-
nem usque in mediam noctem. et erant lampades
copiose in cenaculo ubi congregati eramus. Et cum
sederet quidam adolescens super fenestram et gra-
varetur sompno. cecidit de tertio cenaclo
deorsum et sublatus de terra oblatus est paulo
mortuus et dicebatur euticus. ad quem cum
descendisset paulus incubuit super eum et con-
plexus eum ait. Nolite turbari. anima enim ipsius
